

SCRIPTORES

ORD. MIN. S. P. FRANCISCI

PROVINCIÆ HUNGARIÆ REFORMATÆ

NUNC S. MARIÆ.

RECENSUIT

P. SERAPHINUS FARKAS,

EIUSDEM PROV. LECTOR THEOL.



SCRIPTORES

ORD. MIN. S. P. FRANCISCI

PROVINCIÆ HUNGARIÆ REFORMATÆ

NUNC S. MARIÆ.

Recensuit

P. SERAPHINUS FARKAS,

EIUSDEM PROV. LECTOR THEOL.



POSONII.

Typis Caroli Angermayer, prius Aloysii Schreiber.

MDCCCLXXIX.

Interroga generationem pristinam, et diligenter investiga Patrum memoriam.

Job. VIII. 8.

FACULTAS A. R. P. MINISTRI PROVINCIALIS.

Ut ad Syllabum Scriptorum totius Ordinis Min. conficiendum exilem operam nostram conferremus, Scriptores Provinciae Hungariae nunc S. Mariae colligi publicaeque proponi luci libenter curavimus.

Datum Posonii festo S. Bonaventurae Doctoris. 1879.

Fr. Martinianus Farmady,
Minister Provincialis.

Ad mandatum A. R. P. Ministri Provincialis

P. Illuminatus Nagy,
Secretarius.

PRAEFATIO.

Quum liber *Scriptores Ord. Minor. Provinciae S. Antonii Venetiarum,* sesquialtero abhinc anno editus, ad nos perlatus esset, A. R. P. Martinianus Farmady, Provinciae Hungariae nunc S. Mariae Minister Provincialis, votis in *Decreto* — quo Rdiss. Minister Generalis illum librum approbavit — manifestatis e vestigio responsurus, munus colligendorum ad praefati libri amussim *Scriptorum* Provinciae *iam vita functorum* nostrae mihi detulit. Ut vero hoc, licet huiusmodi executionem rei non exiguis varias ob causas difficultatibus obnoxiam noverim, prono obirem animo, praeter debiti partes obsequii id quoque movebat: quod — cum hoc imprimis tempore tum societates, tum singulares scriptis, sculptis, vel quacunque ratione effectis, partim usus scientifici, partim laudis qualiscunque aucupandae gratia colligendis monumentis intentos videam — religiosum foret Nostratium, e quibus non pauci scientia, pietate, et rerum gerendarum peritia extitere illustres, monumenta litteraria edacitati temporum — dum ab hac vindicare fas — segniter relinquere.

Porro nihil iucundius cuidam, franciscalem disciplinam professo, contingere posse opinor, quam si, quos

diversitas aetatum, linguarum, soli natalis, iam ab origine discriminare videbatur, in unam coronam collectos eodem nobili spiritu: Seraphici nempe Decoris promovendi agitatos fuisse comperiat, cognoscatque eos minime inertes nec crassae, ut dicere solent, Minervae, contribulibus suis non praedicando Dei verbo solum, sed etiam calamo pro virili prodesse, patriamque ornare voluisse.

Nihil itaque antiquius fuit mihi, quam sepositis aliis, praeter summe necessarias, occupationibus, nonnullas, ut per res licebat, Provinciae nostrae bibliothecas perlustrare, scripta indagare, atque missis ad Conventus epistolis nostrates pro pari inquisitione enixe rogare.

Fateor, non parum animo anxium iam in ipso aditu fuisse me, remque e voto cessuram desperavi, simul atque in verba Antiquarii nostri offendi, secundum quae: *ab exordio huius Provinciae hodiernum usque diem Patres omnes vel domi Choro, Lectura, et Praedicationibus, vel foris in subsidium Parochorum desudant, ut Missionarii potius dicendi sint omnes, reputentque vitam activam contemplativae iunctam vocationi suae magis fore consentaneam, quam libris scribendis traducere vitam* (Collect. pag. 233.); ast, re penitius inspecta, experiri licuit: haec verba non ad vivum resecanda esse, atque — maximam partem ita senserint licet — fuisse plures, inter quos et ipse Kósa numerandus, qui — non obstantibus suis qua Concionatoris, Lectoris, Missionarii, vel Spiritualis Cooperatoris principalibus occupationibus — animum ad colendas suis

vocationibus non adversas artes,*) ad litteraria otia adverterint, conatique fuerint obtenta ab Altissimo dote mentis ad utilitatem aliorum operari, atque ingeniorum suorum producto gratum rei litterariae — ut poterant — tributum pendere.

Fuisse in hac Provincia viros — ante tempora nostri Antiquarii — complures, litterarum cultores, praeterquam libri in quibusdam bibliothecis nostris e sec. XV. XVI. plures manuscripti superstites, innuunt etiam Annales Erud. Soc Hung. an. 1835. Budae editi, in quibus (tom. II. pag. 14) inter Mss. maiori e parte historica plurimae Sacrae Scripturae partes in hungaricum idioma per Franciscanos iam an. 1383. traductae feruntur; innuunt *R. M. Nyelvemlékek* Budae 1846. tom. IV. cl. 1. pag. XXXII. ubi haec leguntur: *Ollyan Gegő lelkületü tüzes magyar ferenczes barátok járták hát zárdájuk pártfogánéi házát, vagy káplánkodott némellyike abban,* **s buzgón írt kora és hite szellemében idves magyar tanitásokat;** innuunt verba in *Historia Dioec. Albaregalensis* a Joann. Pauer 1877.

*) Non possum memoriae non prodere Patres: Marcum Repkovits († 1758.), Pantaleonem Roskovszky († 1789.), Gaudentium Dettelbach († 1818.), et novissimo tempore Frem. Caecilianum Plihal († 1865) celebratissimos musicos fuisse, et *compositionum* suarum, imprimis sacrarum, permulta in Conventibus nostris extare scripta monumenta; vel (missis aliis: pictoribus, opera caelata, aut musiva perficientibus,) Frem. Lucam Tietl († 1815) operatione chirurgica vitam quondam Francisci Deák, viri in patria notissimi. et matris eius — dum medici de alterutrius vita conclamavissent — feliciter peracta servavisse, prolique neonatae *Francisci* nomen inditum fuisse, quod per Franciscanum vita potiri quiverit.

pag. 84. occurrentia: *Iidem Ordines Religiosi, — — Franciscani, — qui Albae Regiae sua domicilia habuerunt, viros eruditos, scriptores et editores ea iam aetate* — Mathiae Corvini — *numerarunt.**)

Omnium reliquorum instar adferre sufficiat testimonium Cl. Francisci Toldy, Academiae hung. quondam Secretarii, qui, in suo memorabili opere: *A Magyar nemzeti irodalom története.* Pestini 1862. tom. II. pag. 130. haec dicendo: *A ferencziek által meginditott ujabb rendszer, az egyszeritett betüké, mely a régi biblia által, tehát a XIV. század első felében alapitatott meg, régibb irodalmunk tekintélyes részén uralkodott:* — maiorum nostrorum litteraria studia non solum subaudita laude adspergit, sed una aperte edicit plures fuisse, qui innovandae orthographiae hung. felici successu studuerint, quae in Biblia hung. per illos iam primo seculi XIV. dimidio**) inducta, deinceps magnae notabilique Litteraturae hungaricae parti dominata fuerat.

Accedit Concionatores aulicos, Confessarios regios saepe, Confessarios autem Monialium in Hungaria S. Clarae semper — si Provincia haec in eodem cum illis loco Conventum habuit — e nostratibus assumi solitos muneri ceu suo duxisse pro usu illorum, quorum cura

---

*) De anno 1474. annotatum est: P. F. Benedictus a Strigonio Minister Provincialis in Capitulo Albensi in festo ad vincula S. Petri electus gubernavit Provinciam Hungariae usque ad annum 1488. sub quo in Conventu Cassoviensi *floruit F. P. Andreas Nicolai, qui pulchram edidit expositionem super Genesim.* (Szent-Iványi. Diss. Paral, cat. 32.)

**) Vide notam pag. 3. sub *) — Cf. Fr. Toldy eiusd. op. t. I. pag. 138.

spiritualis ipsis credita fuit, in defectu aliorum, *libros pios, allocutiones, meditationes* scribere, aut saltem vertere.

Itaque non e defectu litteras colentium praetimebam Scriptores huius Provinciae angustos intra limites coarctatum iri, verum quod — et haec non dicis causa dicta sunto — patria internis exterisque turbis, bellis divexata et saepe direpta fuerat; quod Patres nostri parum fuerant solliciti nomina Scriptorum, qui ex humilitate saepissime sub anonymo scripserunt, inter adversaria referre; quod ipsi Scriptores, nullum saepe patronum pro edendis operatis reperientes, manuscripta sua negligi disiicique siverant; quod iteratae Conventuum abolitiones magnam litterariae nostratium operationis partem in iniquas manus detorserant;*) demum quod certa linea discriminatrix temporis inter toties mutatam alterutrius Conventuum, in quo hic vel ille Scriptor vixit, possessionem duci non potest.**)

Attamen qualem qualem Scriptorum cohortem —

*) Tempore abolitionis (1786) nostri Conventus Jaurinensis bibliotheca hastae subiicitur, Patris Udalrici 6. opera, gothicis characteribus expressa, anno 1433. confecta, 13. xris veniunt, et plura aeque gothica opera superadduntur; eodem tempore Theologia Moralis cuiusdam Patris, scripto gothico exarata donatur, liber vero historicus quidam de anno 1496. 3 xris venditur. Vide *Religio* curs. an. 1850. Semestr. II. pag. 11.

**) Hoc fuit causa, cur aliquos, quamvis quaedam indicia occurrant: eos ad nos pertinuisse, omiserim. Nolens enim cum ullo contentionis vanae funem torquere, satius duxi *pauciores certos*, quam *multos*, at *incertos* numerare posse Scriptores. Sic e. gr. Provincia Bosna Argentina inter Scriptores suos retulit Pelbartum a Temesvario, et non temnendae auctoritatis P. Vigilius Greiderer eum Provinciae Hungaricae adiudicat in sua *Germania Franciscana* tom. 1. pag. 237.

vivis huic catalogo inseri nequeuntibus — mihi congerere licuit, eam serie chronologica natalis anni in lucem proferendo operae pretium me facere saltem apud eos arbitror, quos desiderium tenet cognoscendi Scriptores Provinciae, tempus autem et opportunitas deficit. Absit, putem, me complexum esse omnes, eos tamen, quos diligenti inquisitione potui; alioqui etiam huc pertinet illud Horatii: „nec scire fas est omnia."

Neminem autem fore confido, qui me eapropter culpandum existimet, quod omnia opera, libros etiam manuscriptos — quos potui — enumeravi, recta enim est animadversio illa, secundum quam: „tenuis mole liber nonnunquam magni ponderis volumina rerum dignitate, aut praestanti argumenti tractandi ratione superat. Revera autem quoties vidimus sapientissimos doctissimosque viros ad ingentia opera conscribenda idoneos, rerum gerendarum cura gravissimisque negotiis implicatos a stilo exercendo prohiberi, quin tamen subsecivis horis aliquod litterarum et sapientiae, parvo edito libello, specimen iidem non promerent. — — An in latebris latere eo nomine, quod non plura sed unum tantum opusculum typographico prelo commiserint — —? Idem fere dicendum de iis, qui lucubrationes suas manu scriptas reliquerunt, dicendum, si aut opportunitate temporis caruerunt, aut sumtibus impares cum essent, prelo subiicere eas non licuit. (Ungarelli: *Bibl. Scriptor. e Congr. Cler. Reg. S. Pauli* Romae. 1836. v. 1. pag. XII.) —

Nunc vero grato animo memorandi sunt mihi: A. R. P. Cyriacus Piry, bis Ex-Minister, Ex-Commissarius Visitator Provinciarum S. Mariae et Ss. Salvatoris, qui, ipse fertilissimus scriptor, inquirendo, consulendo, — dein M. V. P. Illuminatus Nagy, Secretarius Provinciae, qui aetates et gesta hic recensitorum Scriptorum munia ad fidem documentorum iustissime exigendo amicas suppetias praestiterunt.

Demum: *Brevem Delineationem Historicam,* — in qua *omnia per summos* tantum *apices* attinguntur, — e domesticis fontibus conflatam, visum fuit praemittere.

Posonii Kal. Jul.

P. Seraphinus Farkas.

BREVIS DELINEATIO HISTORICA

ORD. MIN. S. P. FRANCISCI PROVINCIAE HUNGARIAE NUNC S. MARIAE.*)



Initia, progressus, et fata.

Sacrum Divi Francisci Ordinem in Hungaria ipso adhuc S. Fundatore in vivis agente, vel certe post Eius mortem brevi, aliquot habitacula obtinuisse, vix ab ullo dubitatur. Haec Loca, quae nomine *„Custodiae Strigoniensis"* veniebant, atque per Custodes e Germanica Provincia a Ministris Generalibus delegatos gubernabantur, a Germaniae Provincia anno 1239 independentia facta, *Provincia Strigoniensis,* sive *Hungariae***) coeperunt compellari. (Eique primus Minister Provincialis per ipsum Pontificem constitutus est Joannes, frater germanus Philippi II. (Audacis) regis Francorum.) Hoc comprobant litterae Summorum Pontificum; sic Bulla Gregorii IX. 16. Aug. 1234 inscripta: *Ministro Ordinis Minorum in Hungaria;* et alia eiusdem Pontificis de an. 1235 inscripta: *Ministro Fratrum Minorum Strigoniensis Provinciae;* tertia de an. 1238. 9. Aug. Ex his concludere licet Conventum Strigoniensem primum***) omnium fuisse in hoc Apostolico Regno, et a Strigoniensi Conventu propagatam Provinciam dictam fuisse: *Strigoniensem.* Primum hoc — Strigoniense — monasterium, in quo S. Elisabeth, Andreae II. regis filia, Tertio Ordini S. Francisci inscripta

*) Excerpta e Schem. a. 1851, 1866, ex operatis. P. Sig. Nyürő et aliis.

**) Franc. Gonzaga originem Provinciae nostrae ab an. 1240 repetit, Conventusque eius 53 enumerat. De Orig. Seraph. Relig. Franc. Venetiis 1603. pag. 590.

***) „Margitsziget tört." Cassoviae 1875, f. 3. 4. pag. 149.

extitit, per Tartaros an. 1242. cuncta ferro, ignique vastantes, excisum et solo aequatum fuit, periitque nascentis Provinciae Archivum.

Haec *„Provincia Hungariae"* latius coepit extendi sub rege Bela IV. qui, dum Hungariam omnem per Tartaros devastatam restaurare adnisus esset, Fratrum etiam habitacula, parem cum patria sortem perpessa, suscitavit e ruderibus, et alia nova construxit, Primoribusque regni hunc Ordinem foveri commendavit; hinc factum, quod in Capitulo gen. Narbonensi haec Provincia, per Hungariam, Transylvaniam, Slavoniam et Croatiam extensa, iam 8 Custodias, (et plures sub quavis Custodia Conventus) numeraverit, nempe: Jaurinensem, Zagrabiensem, Syrmiensem, Strigoniensem, Quinque-Ecclesiensem, Agriensem, Transylvaniensem et Albensem, quibus tardius accesserunt Váradinensis et Bácsiensis.

Ineunte seculo 14. ampliora cepit haec Provincia incrementa. Siquidem sub zelosissimo Ministro Provinciali Haymone, praeter illos Conventus, qui ad enumeratas Custodias pertinebant, sequentes Conventus partim accesserunt, partim restaurati sunt: Bachiensis, olim Templariorum, De Bán-Monostra, Sáros-Patakiensis, Quinque-Ecclesiensis renovatus, Vetero-Budensis, Szegediensis, Trenchiniensis, M.-Váradiensis, Verőczensis, Zágrábiensis instaur., Szigethanus, Liptoviensis (Okolicsensis), Bistriciensis in Transylvania, Lippensis, Szathmár-Némethiensis; imo non solum in regno hoc, sed et in Tartaria plures extabant Conventus, quorsum ex hac Provincia multi, zelo animarum exstimulati, proficiscebantur. Haec fuere, — ait Kósa pag. 77. — illa tempora, ad quae respexisse videtur purpuratus quondam Metropolita Petrus Pazmannus, dum suae Synodi — an. 1629 — Appendicem de Religiosis olim in Hungaria domibus tractantem concluderet.

Verum, ut recte canit poëta: „Non semper idem floribus est honor vernis" et „fortunae vario ludimur impetu": ita et haec Provincia solem tamdiu coruscum offuscari sensit suum, adeo, ut — verba sunt Antiquarii nostri — sicuti ingenti cum accremento Conventuum exsurrexerat olim, ita demum se ex-

terminio proximam merito formidare potuerit, eo praeprimis tempore, quo Christiani et Catholici nominis hostes patriam inundaverunt.

Initium imminutioni huius Provinciae*) datum est per Julianum Cardinalem, Sedis Apostolicae apud regem Hungariae Legatum, qui Conventum Budensem ad S. Joannem, et Pesthiensem ad S. Petrum Apostolum nostratibus ademit, et Observantibus (Ss. Salvatoris) annuente Eugenio IV. tradidit. Hanc ademtionis sortem subierunt Conv. Strigoniensis, Sárospatakiensis, de Ujlak; a Turcis vero diruti sunt Conv. in N. Engh, N. Olaszi, Zemlin, Rednek, Franka-Villae. (Conv. Budensis, Pesthiens. Strigoniens. sec. 17. redditi.)

Videns Fabianus de Igal Minister, quod res in Provincia Hungariae Conventualium — sic appellata a tempore Concilii Constantiensis – in peius semper verterentur, an. 1454 Constitutiones edidit pro restauratione Provinciae et spiritus religiosi; Provincia Reformationem sponte amplexa est, et exinde „Provincia Hungariae Conventualium Reformata“ coepit appellari. Tenore Constitutionum, dicto mox anno in Capitulo Agriensi editarum, nostra Provincia parem cum Observantibus vivendi normam amplexa est, nisi quod Bona per Procuratores administranda adhuc retinuerat.

Non obstantibus Pontificiis Dispensationibus, tenore quarum Provincia haec Reformata bona possidere tuta conscientia

*) Notandum, quod usque 1376. unica per Hungariam et partes adnexas extiterit Provincia, haec dicta „Hungariae“. Anno autem 1629. in Appendice Synodi Pazmanianae Tyrnaviae celebratae, duarum solum Ordinis S. Francisci eo tempore in Regno Hungariae existentium Provinciarum: huius nempe S. Mariae et Ss. Salvatoris enumerantur Monasteria. Item in „Ortus et Progressus S. O. F. Min. etc.“ a Massaeo Kreslinger an. 1731 edito aeque tantum duarum, S. Mariae et Ss. Salvatoris fit mentio Provinciarum; non secus in „Ortus. Progress Viciss. etc. Provinciae Transylvaniae tit. S. Stephani Regis“ a Paulo Györffy an. 1737. pag. I. ubi inter cetera dicitur: „Decipi vero illos, qui ex vocabulo *Minorita* contendunt, — — — illud enim non est ipsis quid speciale, sed genericum omnibus Fratribus Minoribus, cuiuscunque demum sint Congregationis.“

potuit: multi reperti sunt, qui non solum bona Conventuum diriperent, sed ipsos etiam Conventus aliis conferrent, hocque eo tutius, quod Pontifices Eugenium IV. et Nicolaum V. in Provinciam hanc minime optata ferri propensione observaverint. Medelam tandem Callistus III. tantis malis apposuit, Litteteris: „Regiminis universalis Ecclesiae“ an. 1455. editis districte prohibendo: „ne quis deinceps per se, vel alium, aut alios quosvis, quaesito colore Domum, Monasterium seu Locum Fratrum Conventualium Reformatorum aut Monialium de novo capere aut retinere audeat sub poena Excommunicationis.“ Huius Edicti effectus erat, quod Monasteria neglecta resumtis viribus restaurarentur.

Multorum desiderio Provinciam nostram cum illa Observantium coniungendi frustrato, an. 1523 in Capitulo Burgis in Hispania iussu Leonis X. celebrato, decretum fuit: Ut Provincia Observantium „Provincia Hungariae Ss. Salvatoris“, Conventualium autem, seu nostra *„Provincia Hungariae S. Mariae“* nuncupetur.

Paulopost ingruebat tristissima illa periodus, qua Antiquarius noster Provinciam hanc morti proximam superius insinuabat. Exeunte enim seculo 16. e 37 Conventibus, quos in 9 Custodiis Provincia numerabat, sex duntaxat remanserunt. Verum: duris ut ilex tonsa bipennibus . . . ab ipso ducit opes animumque ferro: sic attenuatis et iam exstinctis per victricia ferocissimi hostis arma Conventibus, Provincia, Mariae tutelae devota, non solum non occubuit, sed diris Rákóczii et Tökölyii seditionibus superstes, suos etiam iusto numero Conventus recuperavit. Haec suae Palingenesis spes fuit causa, quod oblatam toties cum alia Provincia unionem constanter recusaverit.

Anno 1654. multiplicatis iam Conventibus, ventillari coepit separatio Custodiae Slavoniae a matre sua Provincia Hungariae. Postquam negotium separationis praevie praeparatum fuisset per Paulum de Tauris, iam tertio apud nos Ex-Ministrum, consentiente Definitorio, separatio eodem adhuc anno in effectum deducta fuerat; ast per hanc separationem

et per Turcas in Conv. Érsekujváriensi et Nitriensi causata Provinciae damna ex alia rursus parte fuerunt resarcita; novae enim oblatae sunt Residentiae, utpote: Mariano-Pratensis, Rimaszombathiensis — an. 1670 — et paulopost Conventus Comaromiensis, Strigoniensis et Érsekujváriensis fuere restituti.

Ab hoc tempore Provincia res suas ordinare et suae vocationi conformiter Missionibus servatis plagas nonnullas Ecclesiae cath. revindicare conata est, idque quanto cum fructu praestiterit, videbitur postea.

Tametsi Provincia haec ab an. 1727. non usquequaque pacata conditione fruita fuerat, tamen crescebat, magisque in dies florebat. Regnantibus autem Josepho II. et Francisco I. communem cum aliis Provincia nostra sortem subivit, et 9 Conventus amisit, relictique fuerunt ipsi 19 Conventus (et Residentia Comaromiensis), quos actu tenet. — Soli Deo gloria et honor! qui ultra 600 annos, saepe in medio hostium Ordinem hunc servavit sortis patriae sive bonae sive malae semper participem et fidelem

Fratres Minores a primaeva sui institutione ad dilatandam Fidem cath. vocatos, videmus iam an. 1278. inter Tartaros hoc fine sedulo versari, gentemque Cumanorum plurimum opera illorum conversam, quam Bela IV. Rex ea conditione recepit, si fidem cath. susciperent. (Wadd ad an. 1238. Nro 23, 24) Ob haec merita multis Fratres nostri privilegiis deliniti sunt. — Anno 1250 Alexander IV. P. M. e Franciscanis Hungariae Missionarios ablegat „in terris Saracenorum, graecorum, bulgarorum, cumanorum, aethiopum, syrorum, yberorum, alanorum, gazorum, gothorum, zichorum, ruthenorum" functuros. (Wadd. ad an. 1258.) — An. 1338 et 1348 iterum in Tartariam et ad gentes Hungariae vicinas multi e Provincia Hungariae mittuntur. — An. 1368. volentibus Stephano, Bosniae Principe, et Thoma, A. Eppo Strigoniensi, plures ex Ordine etiam nostro haereticos convertendi causa in castra venerunt Hungarorum, multosque ad sinum Ecclesiae reduxerunt, pro magno Urbani V. gaudio. (Wadd. Missiones.

1368. Nro. 1.) — A seculo 14. usque 1552, si unam Hierosolymitanam missionem excepias, nullae servatae sunt Missiones, Fratres nostri attamen invenerunt amplam laborandi aream intra limites patriae, tempore praeprimis reformationis lutheranae.

In Capitulo an. 1652. lata fuerat lex, secundum quam quilibet conversorum a se numerum et nomen in scripto, nomine et convertentis et alterius personae fide dignissimae munito, Capitulo annue significare obligabatur. Archivum nostrae Provinciae 5 volumina Conversorum possidet, e quibus elucet, quantam messem Fratres nostri, cooperante et incrementum dante Deo, Ecclesiae contulerint. In volumine 1^{0}. occurrunt conversi 223; in 2^{0}. 5560; in 3^{0}. 6064; in 4^{0}. 1398; in 5^{0}. 6120; universim: 19.365. (Arch. Provinciae. Lad. 48.)

Juvat hic recensere nomina illorum virorum, quorum fatigia summo et pulcherrimo eventu coronata fuerunt. Suntque: PP. Alexius Szotinszky, Dominicus Mányai, Ambrosius (Comes) Cziráky, Benignus Cservenka, Antonius Pallosay, Chrysostomus Domaniczky, Christianus Kinincs, Ambrosius Kiss, Simon Doboczky, Benedictus Szombathelyi, Daniel Directo, Basilius Bemer, Ignatius Molnár, et alii, quorum nomina tantum in libro vitae scripta sunt. (Archiv. Prov. Lad. 48.)

Quoniam vero ab an. 1740. etiam in Capitulis generalibus exhibendus fuerat numerus Conversorum per Provinciae Fratres, sequens eorum exhibitus est numerus: ab an. 1740—1744 conversi sunt: 728; ab an. 1744-1746 conv. sunt: 943; ab an. 1746—1750 conv. sunt: 1047; ab an 1750—1756 conv. sunt: 447; ab an. 1756—1760 conv. sunt: 419; ab an. 1760-1762 conv. sunt: 429; ab an. 1762—1768 conv. sunt: 540; et ab an. 1768-1774 conv. sunt: 496. — In his, sicut et in numeris superius adlatis non sunt comprehensi ii, quorum nomina recte consignari non potuerunt. (Hoc ipsum ex „exhibitione“ illa patet, ubi generatim tantum numerus est exhibitus, e. g. in una: „Hic desunt nomina conversorum Nissae et Belgradi ante obsidionem et

tempore obsidionis. Inter pestiferos sunt conversi Belgradini 70. ex damnatis ad patibulum 30." ect.)

Pro Missionibus ad mandatum Caroli VI. inter haereticos Comitatus Castriferrei habendis Patres: Florianus Ozolyi, Casparus Szente, Adamus Pocsuch, Adrianus Bertok, Cosmas Ambruss et Benignus Farkas ordinantur, inter quos postremus, propter religiosam modestiam et affabilem conservationem domi forisque apprime charus, plures centenos orthodoxae fidei asseruit.

Viri e Provincia ad altiores dignitates evecti, celsioribus functi muneribus, vel alio modo distincti.

Jacobus et Romanus, hic una regiae aulae confessarius, per Belae IV. consortem, primum Romam, inde ad Bulgariae Principem mittuntur. (Bulla Innoc. IV. „Qnod Dominum Jesum.")

Oliverius, Eppus Syrmiensis, Ordinem hunc ingreditur an. 1263.

Fr. Henricus, fit Eppus Chimensis, an. 1263. (Wadd. ad hunc annum.)

Fr. Gualterus, capellanus suae Sanctitatis aulicus, fit Vicarius Ecclesiae Zagrabiensis an 1265. (Bullar. Franc. pag. 526.)

Fr. Paulus ad Clementem IV. mittitur a Bela IV. Rege in causa Ecclesiae Zagrabiensis an. 1265.

Fr. Haymo coronationi Caroli Roberti (an. 1308 factae in campo Rákos) se subscribit: „Praesentibus Reverendissimo in Christo Patre Domino Thoma Eppo Vegliensi, ac Ven. et Relig. viris Fratribus Paulo Priore Praedicatorum et Haymone Ministro Minorum Fratrum." (Péterffi.)

Fr. Ladislaus, ad Colocensem Episcopatum promovetur an. 1316, estque secundus in catalogo Epporum Colocensium. (Wadd. ad. an. 1316. Nro. 34. — Szent-Iványi de A. Eppis Coloc. pag. 79.)

Fr. Petrus Gotther, in Episcopatum Sabariensem in Pannonia evehitur. (Regest. Vat. apud Wadd. ad an. 1419.)

Fr. Vitus Vasvári, fit Eppus Nitriensis an. 1335.

Nicolaus Boncti, SS. Theol. Prof., Nicolaus de Molano, Joannes de Florentia et Gregorius de Hungaria, legatione

funguntur ad Imperatorem Tartarorum, missi a Ben. XII. (Wadd. ad an. 1340.)

P. Dionysius, capellanus aulicus, ad Clementem IV. mittitur a Rege Ludovico Magno an. 1344. (ita Wadd. ad hunc annum) tardius fit Eppus Colocensis.

Clemens, Minister XV. a Confessionibus Reginae, ante an. 1354.

Joannes IV. dictus Senensis, Minister XVI. charus viduae Reginae Caroli Roberti, et Matris Ludovici M. capellanus.

Fr. Blasius de Navariena, fit Eppus Dulcinensis an. 1419.

Fr. Gregorius de Nexe, Eppus Nándor-Albensis an. 1419.

Fr. Stephanus Dósa de Marczal, Eppus Csanádiensis an. 1430.

Fr. Joannes de Konilla, Eppus Váradinensis an. 1435. (Wadd.)

Antonius Szigedy, Concionator aulicus, et Confessarius Ludovici II. Regis ad Mohács devicti.

Georgius, ex nob. Comitum Frangepanorum familia, ex Ordine et Provincia Hungariae, factus A. Eppus Colocensis. Legatione ad Carolum Caes. et alios Principes functus.

Franciscus, ex illustri Comitum Frangepanorum familia, A. Eppus Colocensis ex Ordine et Provincia nostra assumtus, Legatione etiam in Hispanias insigniter functus. Obiit an. 1534. die 1. Nov. (Necrologium Provinciae.)

Stephanus Csiky, Eppus. Transylvaniensis an. 1610.

Martinus Kopchány, Concionator aulicus Exc. Palatini circ. an. 1636.

Paulus de Tauris, Eppus Syrmiensis an. 1660.

Gregorius Malomfalvay, Praedicator apostolicus, oblatum Episcopatum Transylvaniensem humiliter recusavit. (Bullae in Archivo Prov.)

Casimirus Domokos, prius laicus, tardius sacerdos, Eppus Coronensis in Graecia.

Robertus Korlatovich, Minister Provincialis, per Clementem X. Eppus Belgradiensis denominatus an 1675., ast aeque

resignavit. (Decretum denominationis in Archiv. Prov. asservatur.)

Antonius Comes Cziráky, celeberrimus sui temporis orator.

Narcissus Remetei, Commissarius Terrae S. institutus an. 1692.

Bonaventura Bárdy, SS. Litterarum peritissimus, a Comitiis Regni an. 1721—1722 pro dicendis s. sermonibus evocatus, biennio ad Concionem dixerat Posonii.

Capistranus Sebach (Sebacher) Conventus S. Sepulchri Praesidens institutus an. 1726.

Raymundus Rachsa, Minister Provincialis, an. 1776. Pesthinum evocatur, ut coram Commissione Studiorum in re litteraria tractet.

Bernardinus Kollentsits, per concursum pro Professore extraordinario ad Academiam Jaurinensem delegatur an. 1776.

Stanislaus Albach, orator, botanicus, mineralogus.

Callistus Ambrus aurea cruce II. class. decoratur an. 1831.

Nicephorus Gegő, eruditae Societatis hung. Membrum Correspondens eligitur an. 1835.

Augustinus Mayer, aurea cruce decoratus an. 1851. an. vero 1871. Ins. Ord. Francisci Josephi I. eques creatus est.

Pantaleo Golessény. Ins. Ord. Francisci Josephi I. eques creatus an. 1859.

Conventus amissi. (E manuscripto P. Eugenii Kósa.)

1. *Agriensis:* originem repetit a Cleto II. Eppo Agriensi, tempore canonisationis S. P. N. Francisci anno 1228. nunc inhabitatur p. PP. Conventuales (Minoritas.)
2. *De Aracha:* ab Elisabetha Caroli I. Regis H. Consorte a. 1370 fundatus, et post cladem Mohácsianam desolatus.
3. *Bácsiensis:* olim Templariorum; nostri ab a. 1300—1533 inhabitarunt. Hodie spectat ad Prov. PP. Capistranorum.
4. *De Bán-Monostor:* antea Cruciferorum; ab a. 1301 usque cladem Mohács. nostri inhabitarunt; tunc a barbaris eversus.
5. *Beczkoviensis:* fundatus 1660 ab Ill. C. Balassa. -- A. 1689 vi decreti Lazareni cum Weszprimiensi commutatus.

6. *De Beregh-Szász:* fundatus circa a. 1370 ab Elisab. Caroli I. R. Consorte. Per lutheranos a. 1556 desolatus.
7. *Bisztricensis:* in Transylvania, a. 1330 erectus, post cladem Varnensem 1444 desolatus. Modo PP. Conventuales incolunt.
8. *Cassoviensis:* fund. 1450, combustus 1556. Postea transumserunt PP. Salvatoriani, et Joseph. II. Imp. a. 1787 cassavit.
9. *Cibiniensis:* in Transylvania. In Tabula Prov. occurit a. 1533, — dein Protestantes occuparunt
10. *Clicum-Fori:* in metis Tartaris: Huius mentio tantum apud Waddingum occurrit, a. 1400.
11. *Crisiensis:* in Croatia a. 1626 Fratribus nostris traditus; a. 1655. PP. Prov. S. Ladislai transignatus est.
12. *Debreciniensis:* a. 1312 erectus. 1552 derelictus.
13. *S. Demetrii:* antea Abbatia S. Bened. A. 1462 a turcis funditus demolitus.
14. *Falkosiensis:* aedificatus 1393. desolatus a. 1552.
15. *Fori-siculorum:* (Maros-Vásárhely) in Transylvania; fundatus ante a. 1400. PP. Salvatorianis traditus 1446. — Nunc Collegium Reformatorum.
16. *Franca-Villensis:* ex primis Provinciae nostrae Conventibus; nam ibi est tumulatus P. Joannes I. Provincialis, excisus per turcam 1453.
17. *De Gobornok:* in Croatia, a. 1292. fundatus, – subrutus per barbaros circa a. 1552.
18. *De Jász-Berény:* circa a. 1472 erectus, post cladem Mohácsian. derelictus: tardius PP. Salvatoriani acceperunt.
19. *Insulae Leporum:* Per Belam IV. Regem a. 1270 fundatus; per Ladislaum IV. reaedificatus. Cessavit mox post cladem Mohácsianam.
20. *Ivanichensis:* in Croatia, olim Augustinianorum. Noster fuit ab a. 1621—1655. tunc. Prov. Slavoniae obtigit.
21. et 22. *Kaproncensis* et *Krapinensis:* in Croatia, primus ab a. 1640. alter ab a. 1636 repetit originem. Uterque cessit Provinciae Slavoniae a. 1655.

23. *Kanisiensis* a. 1418 aedificatus, per turcas a. 1478 ruinatus, sed dein restauratus. Quando cessavit, non scitur.
24. *Kosztanicensis:* in Croatia, — ortus eius, prout occasus ignoratur: solum Waddingus facit illius mentionem a. 1400.
25. *Liptoviensis:* fund. a. 1314 ab Ill. C. Donch; derelictus mox post cladem Mohácsianam.
26. *De Lauka:* (Léka) Comit. Castrifer. circa a. 1390 fundatus. — Desolatus per Solimanum a. circiter 1531.
27. *Leutsoviensis:* erectus est 1409 — desolatus a. 1552.
28. *Lippensis:* aedificatus a. 1327 a Carolo I. Rege. A nostris Fratribus relictus post a. 1559.
29. *De Lubbreg:* in Croatia per Joannem Guz. 1377 erectus; desolatus a. circiter 1552.
30. et 31. *Nagy-Engh* et *Nagy-Olaszi:* in Syrmia, origo non scitur; desolati per turcam a. 1453.
32. *Nekcénsis, v. Nassiciensis:* ortus ante a. 1323; destructus per turcam a. circiter 1535.
33. *Ormosdiensis:* in Muraköz, erectus 1480 a Jacobo Székely; prius ord. S. Bernardini, dein PP. Salvatorianorum; tandem ab a. 1542 Prov. nostrae obtigit, mansitque usque a. 1655.
34. *Pókafalvensis:* in Transylvania; primitus PP. Ord. S. Pauli, nostrae Prov. accessit a. 1497, desolatus anno 1533.
35. *De Possega:* origo ignoratur; per turcas solo aequatus, nunc PP. Capistrani possident.
36. *Pruszkensis:* erectus a. 1635 per Georg. Jakossics Eppum Weszpr. a. 1689 pro Sümeghiensi commutatus.
37. *Quinque-Ecclesiarum:* ante a. 1260 structus, Fratribus per turcam a. 1543 pulsis, — a. 1686 obtinuerunt PP. Prov. S. Ladislai.
38. *De Rednek:* in Syrmia Scriptores tantum eius excisionis faciunt mentionem per turcas factae a. 1453.
39. *Remeticensis:* in Croatia, ab a. 1467 PP. Salvatorianorum; illis relictis, a 1646 Prov. nostrae collatus: modo Prov. S. Ladislai.
40. *Sáros patakensis:* fundatus ante a. 1307. Nostri eum a. 1448 iniusta lite cedere debuerunt PP. Cheriensibus.

41. *Szegediensis:* a. 1301 erectus. Annus, quando transivit ad PP. Salvatorianos, non est adnotatus.

42. et 43. *Scepusiensis: Superior* et *inferior:* origo non scitur. Tantum apud P. Waddingum occurrit eorum mentio. anno 1400.

44. *Szathmáriensis:* per Elisabeth. Caroli I. Reg. Consortem nobis a. 1328 consignatus; per Joan. Sigism. Zápolya vero ademtus.

45. *Szász-Városiensis:* in Transylv. a. 1370 erectus: ab a. 1730 PP. Stephanitis traditus.

46. *Segusdiensis:* a. 1290 structus; a. 1566 per Solymannum destructus —

47. *Széchényiensis:* a. 1452. fundatus; a. 1467 nobis ademtus, et PP. Cheriensibus traditus.

48. *De Veteri-Buda, seu Sicambria:* ex eleemosynis a. 1301 exstructus; Urbe barbaro direpta a. 1526, PP. nostri Posonium secesserunt.

49. *Szigethanus:* quando aedificatus, non scitur; desolatus mox post cladem Mohácsianam. Nunc. PP. Prov. Sti. Ladislai incolunt.

50. *De Tadva:* tantum ad annum 1400 occurrit eius mentio. Desolatus a. 1453.

51. *Telegdiensis:* in Com. Bihar. desolatum olim Templariorum Conventum Chanády A. Eppus Strig. a. 1335 restauravit et Fratribus nostris tradidit. Desolatus post. a. 1550.

52 *De Temti*, *v. Tementi:* in Transylv. tantum apud. Waddingum occurrit a. 1400. Ereptus est nobis per haereticos.

53. *Trencsiniensis:* structus circa a. 1301. destructus probabilius a. 1422 ab hussitis.

54 *De Ujlak:* in Syrmia, a Nicol. Ugri 1353 erectus, a. 1454 transivit ad PP. Cherienses, dein PP. Capistranis datus a. 1689.

55. *Varadiensis:* a. circiter 1290 aedificatus; propter grassantem haeresim a nostris derelictus post. a 1550.

56. *De Varanno:* per Dominum Rivold a. 1480. aedificatus Desolatus circa a. 1552.

57. *Varasdiensis:* ex primis Prov. nostrae Conventibus. A. 1655, Provinciae Croatiae cessit.
58. *De Vas-Vár:* fundatus circa a. 1386. Eversus probabilius a. 1478.
59. *De Veröcze:* in Croatia, nobis traditus ante a. 1312. Nunc PP. Prov. Ladislai incolunt.
60. *Zagrabiensis:* tempore Canonisationis S. P. Francisci circiter a. 1228 aedificatus. Anno 1655 Provinciae Croatiae obtigit.
61. *De Zemenye:* circa a. 1351 erectus. Desolatus circa a. 1552.
62. *De Zemlény:* de origine nihil certi. Desolatus 1453. Dein obtinuerunt PP. Prov. Capistrani.
63. *De Zentha:* a. 1494 exstructus, desolatus post cladem Mohacsianam a. 1526.
64. *De Zudlak:* originem repetit a Fr. Petro Rácz a. 1488. ruinatus post a. 1552.

Conventus ademti.

1. *Budensis in Praesidio:* Anno 1270 a Bela IV. Rege structus, a barbaris dirutus, a Fratribus nostris a 1730 reaedificatus, anno vero 1786 per Joseph. II. Imp. cassatus.
2. *S. Catharinensis:* a Christophoro Erdődy erectus a. 1618. Post diversa fata per Joseph. II. Imp. a. 1786. cassatus.
3. *Comaromiensis:* ex diversis beneficiis a. 1672 erectus, et a. 1805 per Franciscum I. Regem ademtus Nunc pro depositorio militiae deservit.
4. *Jaurinensis:* eum jam ante a. 1260 in suburbio exstitisse plura, et certa documenta testantur. A barbaris a. 1595 solo aequatus, novus in civitate 1614. eregitur qui a Josepho II. Imp. 1786 cassatus; nunc pro domo comitatensi deservit.
5. *Keszthelyiensis:* erectus per Stephanum Vajvodam Transylv. a. 1386. Per Joseph II. Imperator. a. 1788 cassatus. Actu RR. DD. Praemonstratenses inhabitant.

6. *Kis-Martoniensis* in S. Monte Calvariae: ab Exllmo. Paulo Esztoras a. 1705 fundatus, et a. 1787 cassatus.
7. *Mesztegnyensis:* fundatus a. 1744 ab Antonio Hunyady de Kéthely. Cassatus a. 1788.
8. *Soproniensis:* a 1340 erectus; ademtus autem per Josephum II. Imp. 1787. ab a. 1802 Ordini S. Benedicti traditus.
9. *Strigoniensis ad S. Crucem:* Antiquus Conventus in Civitate aquatica, S. Ladislai nominatus a turcis demolitus, a. 1727 sub. tit. S. Crucis exstructus, dein ademtus per Josephum II. Imp. a. 1786. Tardius Presbyterium. A. 1850 Seminarium A. Eppale Tyrnavia huc translatum, et a 1865 15. Oct. Sorores Sti. Vincentii a Paula sunt solenniter introductae.

Conventus actu existentes.

1. *Alba-Regalensis* ad S. Emericum Ducem Hungariae, erectus an. 1720.
2. *Andocsiensis* ad B. V. in coelos ass. in Com. Sümeghiensi, Dioec. Weszprim. situatus, erectus an. 1725.
3. *Antonii* (S.) *Pad.* in insula Cituorum, A. Dioe. Strig., erectus an. 1660.
4. *Érsekujváriensis* ad S. Francis. Stigmat in Comit. Nitr. A. Dioec Strig. exstructus. an. 1626.
5. *Kismartoniensis* ad S. Mich. Archang. in Comit. Sopron. Dioec. Jaurin. erectus an. 1630.
6. *Ladislai* (S.) *Regis Hung.* in Com. Zalaën. Dioec. Weszprimiensi, exstructus an. 1736.
7. *Malaczkaënsis* ad B. V. immac. conc. in Comit. Poson. A. Dioec. Strig. erectus circiter an. 1653.
8. *Németujváriensis* ad B V. Visit. in Com. Castriferrei, Dioec. Sabariensi aedificatus an. 1641.
9. *Nitriensis* ad SS. Ap. Petrum et Paulum, in Dioec. et Com. eiusdem nominis, erectus an. 1630.
10. *Papaënsis* ad Natum Angelor. Reginam, in Dioec. et Com. Weszprimiensi, exsurrexit an. 1680.
11. *Pesthiensis* ad S. Petrum de Alcantara, in A. Dioec.

Strigon. Com. Pesthiensi, loco prisci illius, qui iam an. 1288 hic exstitit, exstructus est alter an. 1715; is vero, qui nunc possidetur, erectus est an. 1877.

12. *Posoniensis* ad Divam Virginem ab Angelo salutatam, in A. Dioec. Strigon. Comit. Poson. erectus est. an. 1280.
13. In *Pratis Marianis* ad B. V. Natam, in Dioec. Jaurin. Com. Moson. erectus an. 1680.
14. *Sabariensis* ad S. Elisabeth. Vid. Hung. Duc. in Dioec. Sabarien. Com. Castriferrei fundatus an. 1360., instauratus an. 1633.
15. *Simontornyaënsis* ad SS. Ap. Simonem et Judam in Dioec. Quinque-Ecclesiensi, Com. Tolnaënsi exsurrexit an. 1754.
16. *Strigoniensis* ad S. Annam, in A. Dioec. et Comit. Strigon. aedificatio consummata an. 1717.
17. *Sümeghiensis* ad B. V. Visitantem, in Dioec. Weszprim. Comit. Zalaënsi exstructus an. 1632. Provinciae nostrae ingremiatus an. 1689.
18. *Tirnaviensis* ad S. Jacobum Ap. Compost., in A. Dioec. Strigon. Comit. Poson. is, qui nunc est, exstructus an. 1363., e ruderibus restauratus an. 1633.
19. *Weszprimiensis* ad S. Steph. Protoregem. Hung. in Dioec. et Comit. paris nominis, primum an. 1681 domicilium erectum, an. 1727 in Conventum ampliatum est.
20. *Comaromiensis Residentia* sine Ecclesia, an. 1809 stabilita.

SCRIPTORES ORD. MINOR. S. P. FRANCISCI

PROV. HUNG. REF. NUNC S. MARIAE.



I.

P. Segösdi Lucas.

Segösdi Lucas, Magister Theologiae, — iuxta alios Philosophiae, — gubernacula Provinciae Hungariae tunc temporis Conventualium in Capitulo Quinque-Ecclesiensi collata capessivit an 1490. In annalibus nostris „religiosae disciplinae tenacissimus et strenuus assertor“ laudatur, qui, primum Ministerium septennio gerens, latas a Fabiano de Igal Constitutiones Reformationem respicientes et ipse servavit et ab aliis servari curavit, easque additis decem articulis auxit, praecepitque „ut praesentes etiam — nempe quas ipse in Capitulo Agriensi an 1507 reelectus tulerat articuli habeantur in quolibet Conventu et ponantur iuxta Constitutiones praefatas — Fabiani Igal — et cum iisdem pariter legantur et observentur.“ Quare — addit Chronologus noster — cum in his Statutis et pluribus subsequis provocatio fiat ad Constitutiones Fabiani de Igal, liquido fluit: hanc

S. Mariae Provinciam eandem esse cum Provincia Hungariae Conventualium, quam toties laudatus P. Fab. de Igal Minister eiusdem Provinciae an. 1454. in Capitulo Agriensi reformavit.

Gabriel Döbrentei, Academiae hung. olim Secretarius, Codicem „Góry“ dictum auctori quam maxime probabili P. Lucae nostro tribuit, remque controversam tum historica, tum philologica disquisitione enucleat in libro „Régi Magyar Nyelvemlékek.“ (Editio Academ. hung. Budae 1846.) In quo quidem Codicem hunc a Franciscano Provinciae nostrae confectum evincit, dein adducit quaedam, quae pro auctore P. Luca faciunt, demum Codicem a capite in XXII. paginis restitutum, antiqua orthographia impressum in iisdem R. M. Nyelveml. t 4 cl. 1 exhibet, sic inscriptum:

Góry-Codex. 1483 - 1490. Irója talán Segösdi Lukács Reformált Conventualis Frater s Bölcselet Mestere. Hozzávetőleg a Ferenczesek Segősdi vagy Vasvári Zárdájában Dunántúl. 4°. pag. XXII. + 71.

Plura in medio et calce desiderantur. Continentur in hoc codice tractatus contemplativi pro Religiosis, floribus citatorum tam e profanis, quam e Sacris scriptoribus illustrati.

II.

P. Szegedi Gregorius.

Szegedi Gregorius cognomen a solo natali obtinuit. De ortu eius annales nostri silent. „In adolescentia (Horányi: in Memoria Hungarorum.) Ordini S. Francisci adscribi desiderans, voti compos factus est. Et quoniam

esset acerrimo ingenio, brevi temporis intervallo ita profecit, ut vix e scholis egressus discipulus, easdem facultates iam Magister docendo profiteretur.“ Anno 1533 in Capitulo Varadinensi Definitor, an. vero 1546 electus Provincialis fuerat in Capitulo aeque M. Varadini celebrato expensis Georgii Martinuzi. Huic electioni splendidam Magnatum et Nobilium frequentiam, una cum memorato Rdiss. Georgio Martinuzi, Episcopo Váradinensi interfuisse memoriae proditum est. Fuit autem Szegedi, multis testibus, Ss. Litterarum Lector doctissimus, tantaeque religionis, ut vix exorientem in Hungaria doctrinam Lutheri et sequacium, opere, decennio ante Concilium Tridentinum edito, confodere adgressus sit, sub titulo:

Censura Fr. Gregorii Zegedi, ex Ordine divi Francisci, in Propositiones erroneas Mathiae Dévay, seu (ut ille vocat) *Rudimenta salutis.* Viennae 1535. 4⁰.

Hunc primum esse, qui post compellationem „*S. Mariae*“ a Provincia nostra assumtam, calamo fungeretur, constat. Anno 1548 iterum Minister, anno vero 1550 die 4. Maii — iuxta alios: 24. Octobris — e vivis translatus est Varadini.

Recensetur et laudatur inter Scriptores Hung. in *Memoria Hungarorum* etc. ab Alexio Horányi. Viennae 1775. T. III. pag. 342.

III.

P. Kamancz Matthaeus.

Kamancz Matthaeus cui loco aut aetati originem debeat, defectu antiquorum documentorum, erui nequit; constat eum an. 1531 iam Cantorem et Guardianum fuisse Conventus Szegediensis, dein an. 1538 Provinciae nostrae a Secretis. Hic secuturae posteritati providus, *initia*, *progressus et fata Ordinis* in Hungaria nostri usque ad suum tempus consignando, primus Provinciae Historiographus Archivi nostri prima et tutissima iecit fundamenta, sine quibus Kósa sua *Collectanea* tanta cum certitudine ordinare — ut ipse fatetur pag. 255 — vix potuisset. Eius *Connotationes*, ut eas ille nuncupat, P. Franc. Végh (an. 1623 electus Provincialis), usque an. 1617 continuavit, proinde grata memoria aeque dignus evasit. — (Opus 40 folia efficit in 4°.)

IV.

P. Kopchány Martinus.

Kopchány (alias Papp) Martinus, e Comitatu Nitriensi oriundus, abdicata Strigoniensis Archidioecesis Canonia, vestem Instituti franciscani pauperem induit an. 1608, natus annos 29. Anno 1616 Vicarius Provinciae electus fuerat, antea iam primus Definitor. Erat celebris verbi divini praeco (circiter annum 1636 Exc. etiam Domini Palatini concionator aulicus) ita, ut non pauci, auditis eius sermonibus, ad viam salutis reducerentur. Sub eius regimine Conventus Jaurinensis intra moenia aedificari coeptus. Tempus officiis vacuum scribendo impendit, estque auctor sequentium:

1°. *Az Evangeliomok és Epistolák, Mellyeket Esztendő által oluastat az Anyaszentegyház Vásárnapokon és az Innepeken; a Kalendariumal; ennehány Karácsonyi és Husuéti Enekekkel; és az igaz keresztyéni és Apostoli hitnek esmereteiről ualo röuid tanusággal.* J. H. S. Viennae 1616. 8°.

Dedicatoriam subscripsit: *Posonii in festo s. et Ap. Proto-Regis nostri Stephani Anno 1616 Fr. Martinus Pap de Kopcsan. Ordinis Minor. Praedicator.*

2°. *Szerzetes rendtartó fenyitő tüköre.* Viennae 1630 8°.

3°. *Sermones de festis omnibus B. Virginis Mariae.* Viennae 1630. 8°.

4°. *A Bodog Szüz Maria Élete. Magában foglalvan az ő hét innepinn tizen három predikatiot. (Elmélkedésekkel Tanuságokkal.) Az ő hét, örömét, és hét epeségét; Az ő tizenkét chillagu koronáját; Nevének s Nevezetinek, és az olvasónak magyarázattyát; Az ő nagy méltóságát; e világon valo foglalatosságát; És az ő segitségül hivását, a Litániákkal.* Viennae 1631. Typis Matthaei Formika. 8°. pag. 446.

5°. *A Keresztyéni Tökelletes Életre intő tiz hétre rendeltetet nyolczuan Elmélkedések; Tanuságokkal és könyörgésekkel; a Kistus Jesvs szenuedéséről, és külömbféle üduösséges dolgokrol; A Szent Irásbol.* Viennae 1634. Typis Matthaei Formika. 8°. pag. 484. (Hoc ipsum recusum Tyrnaviae an. 1715.)

6°. *Ke(resztyen) Ima(dsagos) köny(vetske), mely, a . . . . és ennél . . . . nák (az egg . . . . . röuid mag . . . . lömb küiö . . . . . gokat . . . . . . b . . . . A Bodo(g emléke)zetü, Cardina(lis Pázmány Pé)ter Esztergami*

E(rsek engedelme).....ből, először 161.....eszten-dőben ny..... harmadszor ....tással... Viennae 1637. Typis Matthaei Formika, 12°. pag. 510. Liber precum an. 1637 iam tertio editus.*)

Obiit an. 1638 die 28. Julii.

V.

P. de Tauris Paulus.

De Tauris Paulus Carlostadiensis, natione Croata, Provinciae Austriae professus, Ss. Theologiae Lector Generalis et Secretarius Commissarii Generalis, omnium applausu Minister nostrae Provinciae primo electus an. 1636. iterum an. 1640 tertio demum an. 1651. Interfuit Capitulo Generali Romae an. 1639. celebrato. — Multas hic quidem salutaresque induxit ordinationes; studia tam philosophica, quam theologica instituendo pristino Provinciam restituere flori adnisus; ex altera tamen parte non leve detrimentum causavit eo, quod (ingratus in Provinciam, abususque confidentia, quae ternis vicibus eum Ministerii honore distinxit), ipso auctore Custodia Slavonica, nunc Provincia S. Ladislai, a nostra separata fuerit an. 1655. Posonii sub ipsis Regni Comitiis ad Episcopatum Syrmiensem (1662. 24. Junii) moxque ad Suffraganeam Labacensis dignitatem promotus. — An. 1667. Labaci mortuus et in Conventu Fratrum conditus est.

Opus eius, quod ultimo sui apud nos Ministeriatus anno edidit, inscribitur:

Anthologia Mariana. Romae 1654.

---

*) Tituli librorum hungaricorum M. de Kopcshány desumti sunt e: „Régi Magyar könyvtár" 1879.

VI.

P. Buress Basilius.

Buress Basilius, in Kloburcz Moraviae an. 1614. natus, novitiatum in S. Catharina subivit an. 1634. Quando sacros susceperit ordines, defectu documentorum tam retro ascendentium, statui nequit; anno iam 1641, qua Pater philosophicis tradendis studiis est admotus, mox vero theologicis. An. 1646 Definitor et Lector Generalis; anni insequentis die 1. Octobris, tredecim annis in Religione perutiliter exactis, moritur Tyrnaviae.

Inediti operis est auctor inscripti:

In 3. Sent. Scoti tractatus duo: 1. De Incarnatione Verbi Divini. 2. De Virtutibus theologicis, Fide, Spe et Charitate, in disputationes ac quaestiones formales distincti per M. V. P. F. Basilium Buress, Ss. Theologiae Lectorem Gen. in studio generali Tyrnaviensi, scribente Fr. Joanne eiusdem instituti auditore. Anno a partu Virgineo 1644. 4⁰.

(Bibl. Conv. Poson.)

VII.

P. Malomfalvay Gregorius.

Malomfalvay Gregorius (quibusdam minus recte: Mártonfalvai), lucem primam conspexit an. 1616, Ordini adscitus an. 1638, presbyter ordinatus an. 1643. Fuit Lector et Praedicator; postea vero an. 1654 Provincialis factus, insequenti anno, concessa sibi super id ab Ill.

ac Rdiss. Domino Dioecesano plenaria facultate, praesente Ill. D. Jaurinensis Praesidii Generali, aliisque quam plurimis Magnatibus, primum Ecclesiae nostrae Jaurinensis lapidem feliciter posuit; per barbaros et varias vicissitudines diruta illa, quae Conventui an. 1260 fundato adiacebat. Sub huius Ministri gubernatione (sic referunt concisi annales in Schem. an. 1851. pag. 75.) separata est (calliditate Pauli de Tauris, tunc iam tertio Ex-Ministri) a Provincia hac Custodia Slavoniae an. 1655, hodie Provincia S. Regis Ladislai dicta. Anno 1667 emeritus Provinciae Pater, duarumque Provinciarum: Bohemiae et Poloniae, auctoritate Ministri Generalis Commissarius et Visitator delegatus, sapientia zeloque apostolico clarus, a Maximiliano I. rege Episcopus Transylvaniae creatur, et ut Bullae Pontificiae testantur, praeconisatus: ast hanc celsam dignitatem ex humilitate resignavit, raro docens exemplo: Minores tunc esse maximos, dum status sui professo pondere ima petunt.

Typis vulgavit librum:

Belső-képpen indító Tudomány Melyet, némely Theologus Doctoroknak diák irásihoz együgyü elmélkedéssel kapcholkodván, s édes nemzetének üdvösséges lelki jókat kivánván. Az Örökke-Valoságnak Gyürü-é-be folglaltt, Es Magyar Nyelven Tizenkét elmélkedésre, s, meg-annyi jmádságra Osztott. És utóllyára, az tévelygő atyafiaknak is, igaz hitet, s, következendő-képen boldog Örökké valóságot kivánuán: Az Igaz hitnek némely szükséges ágozatiról; Egynéhány, rövid és Sommás leczkével megjobitott, Seraphim Sz. Ferencz fiai közüll: Leg-méltatlamb és kissebbik Szerzetes, Malomfalvay Fr Gergely. Superiorum Permissu. Viennae 1653. 12°. p. 178. Append. p. 57.

Praeter hunc quoddam manuscriptum reliquit, cuius ceu *authoritatis* fit mentio in libro: *Ortus, progressus, vicissitudines — — olim Custodiae, nunc ab an. 1729. Provinciae Transylv.* O. Min. S P. N. Franc. *S. Obs. tituli S. Regis Stephani. 1737.* a Paulo Győrffy.

Obiit an. 1669 die 21. Aprilis Kismartonii.

VIII

P. Kéri Samuel.

Kéri Samuel, in Kér· Comitatus Nitriensis e nobili et perantiqua stirpe prognatus, relictis mundi bonis, seraphicum Institutum amplexus est an. 1645. Sopronii, suumque nomen — prius Zorad sive Szórád vocatum — a loco natali in „Kéri" permutavit; dum iam antea non exiguae esset eruditionis, haustis Tyrnaviae in cursu triennali disciplinis theologicis, post susceptum an. 1651. presbyteratum, confestim Németujvarini ad concionem dicere inchoavit, et celeber evasit sui aevi orator et philosophus, apud magnos quoque magno habitus honore. In quibusdam Conventibus munus Superioris gessit, factus demum Custos Provinciae an 1670. Decessit Posonii an. 1671 die 17. Dec.

Typis vulgavit:

1°. *Keresztyen Seneca, Az az Lvcivs Annaevs Seneca, Leveleiből ki·szedetett, És XXXVIII. Részre osztatott, Keresztyeni viragok. Mellyek az Tekéntetes és Nagyságos Gróff Battyanni Adam etc. ő Nagysága akarattyából. Diákból magyarra, most elsőben fordittattak és költségével ki-nyomtattattak. Nyomtatta. Béchben, A Koloniai Udvarban Cosmerovius Máté.* Viennae 1654. 12°. pag. 188.

In fine dedicatoriae: *Nagysagodnak Isten imádó szerzetes Káplánnya Fr. Samuel Kérj.*

Hac opella auctor ad aream Philologiae classicae, tunc temporis inter Hungaros vix ab uno alterove tritam, nonnihil contulit.

2°. *A Boldogságos Szűz Zsoltár-könyve. Irta deákul Sz. Bonaventura.* Viennae 1660. 8°.

Dedicatoriam, praeter quam e toto opere nihil est ab interitu vindicatum, illorum gratia, quorum interest, hic per extensum subnectere libuit:

Aiánló Leuel Régi Romay Bölcz fontos mondása Nagyságos Asszonyuk *hogy tudni illik: Háládatlan az, valaki az ió-tételeményért ió tételeménnyel ninczen; háládatlamb, a ki az iö-tételeményről meg-nem emlékezik; leghálàdatlamb, az ki az iö-tételeményért gonoszszal fizet. Miként légyen pedig az háládatlannak ügye; régen röuid, és sommás szóval hirdette-ki az Ecclesiasticus, az az, a' Jesus Sirák Fia, mondván: cap. 29. v. 22. A' háládatlan elméii elhadgya az ő meg-szabaditóiat. Viszontag bölcz Salomon: Sap. 16. v. 29. A' háládatlannak reménsége, mint a teli iég el-oluad, és el uész mint az heában-ualó viz. Méltán az illyen háládatlanok közé számláltatnánk mi* Nagyságos Aszszonyunk, *ha legalább valami ieleczkéuel meg-nem vallanók* Nagyságodnak *ehez az Szűz szent Katalin kaltsromához, és ebben lakó minnyaiunkhoz-ualó beő-kező irgalmassagát. Szüntelen szemeink-előtt viselvén azért* Nagyságodnak, *mind aztá nagy iö-tételeményét, mellyel ezen Conventet (fogadását be-tellyesitő Istenhez-való hála-adóságának ieleül) fondamentomból felépité; s mind pedig az az bőb-kezü irgalmasságát, mellyet*

naponként minnyáiunkhoz mutat, ugy annyira, hogy Nagyságod *látassék lenni amaz* erős Aszszony-allat, *kirül régenten igy szollott Salomon Király. Prov. 31. v. 19. 20. A' kezét meg-nyitotta a' szükölködőnek, és az ő tenyereit kinyuitotta a' szegényre. Szemeink-előtt viselvén* mondam Nagyságodnak *illy sokrendbeli anyai irgalmasságát és iò-tétcménit, s-tuduán azt-is melly buzgo sziuel uiseltessék* Nagyságod *az Boldog Szüz Máriához, hogy az háládatlanok közé méltán ne szamláltassunk, im halá-adoságunknak ieleül, azt az Boldog Szüz Mária Zoltár könnyuét mutattyuk-bé* Nagysagodnak *magyar nyeluen, mellyet régenten deák nyeluen amaz nagy Seraphim Doctor, és Cardinál sz.* Bonaventura *az Boldogságos szüznek buzgo sziuel éneklett.* Kiczin *ugyan ez a mi hála-adóságunknak iele önön magában, de nagy a Boldogságos Szüz Maria szentségére, sz:* Bonaventura *munkáiára, és minnyáiunknak* Nagyságodhoz-*ualó lelki köteleségünkre nézve.* Kiczin *Sz: Ferencz kisded szerzetéből-ualo ez Sz: Katalin kalastromában lakó kisded Fratereknek kiczinsegere nezue; de* nagy *az* Naságod *beő-kezü irgalmasságára és sok-rendbeli iò-téttemenyre nezue. Vegyebé azért* Nagyságod *kisded Kaplanyitól, ez kisded aiándekot, meggondaluán hogy Sz: Ambrus Doctor bizonyitása szerint lib: de viduis.* Vberior est munus e parvo, quam thesaurus e maximo. Gyakran bőuebb az kisded szegénytől adatot filler, mint az nagy gazdagtól a drága Kencz. *Vegye-bé* Nagyságod *mint özuegy Anya az Szüz sz: Anyának Mariának Zóltár könyuét; és a' kit eddig sok-rendbéli buzgo aitatosságokkal diczirt, és magasztalt, Annak ez után öz-*

uegyekhez illendő galambi együgyösegből származó-fönn-zengő szóual énekellyen Zóltárt. Sokaig éllyen Nagyságod *kisdediuel, mint kedues magzatiual egyetemben; és töllünk szerzetes Kaplanyitól touab-ualo Anyai irgalmassagát meg-ne vonnya. Költ szüz sz: Katalin kalastromában. Kis Aszszony hauának. 2. Napián 1660.*. Nagyságodnak *Isteni-mádó szerzetes Káplanyi Szent Ferencz szerzetén léuő Szt: Katalin kalastromabéli Barátok.* (In Arch. Prov.)

Recensetur et laudatur inter Scriptores Hung. in *Memoria Hungarorum* etc. ab Alexio Horányi. Viennae 1775. P. II. pag. 335; porro in *Magyar Irók É.-gyüjteménye* a Jos. Danielik. Pestini 1858. pag. 143; demum de auctore hoc paucis agitur in *Mayyar nemz. irodalom története* a Franc. Toldy, Budapestini 1878. pag. 109.

IX.

P. Senquiczy Paulus.

Senquiczy Paulus, natione Croata (cognomen verisimiliter a loco originis obtinuit), anno in seraphica probatione expleto, ad solemnia vota, duodevicesimum annum agens, admissus an. 1641, post quinquennium ad s. presbyteratum promotus. — Annum 1647, quo concionatorem in S. Catharina egit, philosophicis praeparationibus impendens, an 1648. primum Varasdini, dein Tyrnaviae philosophiam apud nostrates professus est. Anno 1655 Guardianus Malaczkaënsis et Magister Novitiorum, unde Posonium an. 1661. translatus, mox De-

finitor et a Confessionibus Sanctimonialibus factus. E. Guardiano et Theologiae Moralis Lectore Sproniensi, in Capitulo 1674. Posonii celebrato, Minister Provincialis electus, Ginsium, Residentiae acquirendae causa, Missionem ordinavit, quae, supervenientibus PP. Jesuitis, cessavit. Anno 1678 Commissarius Visitator Provinciae Austriae instituebatur. — Vertit in hungaricum: „Speculum S. Bonaventurae", et typis vulgavit:

Szent Bonaventura Albáni Püspök Kárdinál és Seráficus Doktor. Szerzetes Rend-tartó. Fenették Tüköre és Azon Szerzetes Tökélletes Jobann Nevelkedést Mutató jgen hasznos Vezér Könyvecskéi mellyek Szent Ferencz Rendin való F. Henricus Sedulius, Antverpiai Guardián által, nagy Szorgalmatossággal megh. Jobbéttattanak. Most pedigh. Azon Szerzetbeli Egy áhétatos Lélek által. Elsőbenn; Magyarrá fordéttattanak. Posonii 1677. Typis Joannis Greg. Zerveg. 8°. pag. 582.

In dedicatoria nomen suum exposuit: *A Pi szolgátok az Urban Fr. Paulus Senquiczy Minister Provincialis.**)

Mortuus Tyrnaviae an 1679 die 18. Augusti.

X.

P. Remetei Narcissus.

Remetei Narcissus, an. 1623. in lucem editus, postquam multum in mundo iactatus fuisset, pacem salutem-

*) Titulus libri excerptus est e „Régi Magyar könyvtár." Budapestini. 1879.

que animae procuraturus suae, Instituto seraphico in perpetuum an. 1660 se obstrinxit, sacrosque ordines an. 1663, iam quadragenarius, suscepit. Ob eximiam pietatem religiosamque observantiam meruit, ut a Confessionibus plebi aeque ac magnae dignitatis viris, nec non Sanctimonialibus Tyrnaviensibus fieret, altioresque honorum gradus, nempe Definitoris, Custodis, in Provincia citissime obtineret. Anno 1692. Commissarius est institutus Terrae Sanctae, atque an. 1696. Vicarius Provinciae electus. Magna erga Deiparam veneratione nituisse pro Eius cultu augendo publici facta iuris opera testantur; et quidem Moecenas fuit libri „Geheimbnus reiche Rosen" editi per Anonymum Viennae an. 1697 Sub Anonymo vertit Psalterium S. Bonaventurae:

1°. *Boldogságos Szüz Zsoltár könyve* Viennae. 1698 *)

Demum eodem anno edidit librum, qui Miracula et Gratias ad Thaumaturgam Virginem in Pratis Marianis distributas continet:

2°. *Titkos Értelmő Róza A'vagy a Förtő mellett lévő Bol log Aszszony csudálatos érdeminek, Drága illattyárol, és Jó-tétemenyinek, s lelki, testi üdvösséges orvoslásinak egynehány Példáiról együgyüen emlekező könyvecske. Mely, A' Tisztelendő Pater Narcissus Remetei Magyar-Országi Boldog Aszszony Provinciájának Vicarius Provinciálisa, Praedikátora Engedelmével. Megiratott 1697. A Förtő melléki Pater Franciscanusok által.* Viennae. 1698. Typis Leopoldi Voigt 4°. pag. 337.

Ex hoc libri titulo nihil aliud quidem apparet,

*) Haec versio quantum cum Kériana consentiat, deperditis utriusque exemplaribus, determinari non potest.

quam quod eius permissu publicam lucem conspexerit; verum in Catalogo librorum, tempore abolitionis Conventus S. Catharinae, an. 1786. conscripto, pag. 21. nro. 105. liber „de B. Virg. Hung. Viennae 1698." P. Narcisso auctori tribuitur, hic vero liber alter, ac iste, esse non potest. Eum huius libri auctorem testantur adhuc Schematismi an. 1851. et 1866; dein, unus instar omnium, P. Eugenius Kósa in *Collectaneis* pag 231.

Pie decessit an. 1703, die 5 Junii in S. Catharina.

Recensetur inter Scriptores Hung. in *Memoria Hungarorum* etc. ab Alexio Horányi. Viennae 1775. P. III. pag. 164; porro in *Magyar Irók É.-gyüjteménye* a Jos. Danielik. Pestini 1858. pag 266.

XI.

P. Persich Gabriel.

Persich Gabriel, Sassinio Comitatus Nitriensis oriundus, sanctioris vitae studio ductus, Ordinem seraphicum amplexus est an. 1654, aetatis annum agens duodetricesimum, Sacris Tyrnaviae an. 1659 initiatus. Severitate in se, indulgentia in alios summa pollens, ad Superioris munia obeunda cito promovebatur. An. 1675, officio a Secretis Provinciae expleto, iterum Superior, demum aliquo tempore Capellanus etiam dominalis (Magn. D. Moysis Cziráky) extitit. Obiit in Pratis Marianis an. 1709 die 8. Septembris.

Opus eius manuscriptum in pergameno est:

Regula et Vita Sororum S. Clarae, quam tradidit et confirmavit Urbanus IV. summus Pontifex

Anno reparatae salutis Millesimo Ducentesimo Sexagesimo Tertio. — Jussu et authoritate Adm. Rndi. Patris Didaci Babczanszky Ministri Prvalis. Per me Frem. Gabrielem Persich sac. Ao. Dni. M. D. C. LXIII. conscripta. Fol. 62.

In colophone haec habentur:

„Has Constitutiones seu Ordinationes, una cum praemissis Regulae declarationibus pro parte Sororum Sctae. Clarae Conventus Tyrnaviensis authoritate Adm. Rdi. Patris Didaci Babczanszky, Ord. Min. S. P. Francisci Seraphici Strict. Obs. Proae. B. Virginis Mariae Hungariae Ministri Proalis. Ego Fr. indignissimus Gabriel Persich eiusdem Instituti Sacerdos, ex hungarico idiomate in latinum auxiliante Deo verti et feliciter conclusi ipso festo S. Antonii Paduani etc. 1663.“ (Bibl. Conv. Poson.)

XII.

P. Cziráky Antonius.

Cziráky Antonius, ex illustri et pronobili Comitum Cziráky familia an. 1633 prognatus, posthabitis Maiorum secularibus nominibus et divitiis, pauperem franciscani Instituti sortem iuvenis amplexus an. 1650, ad presbyteratum an. 1656 promovebatur. Initio per varia loca, urbi Tyrnaviae vicina, verbum Dei solerter et intrepide annuncians, an. 1665 pro concionatore hungarico Posonii primario (qua tunc iam Provinciae Definitor), constituitur; pro simili officio Tyrnaviam an. 1670 transiit, functurus una munere Directoris Congregationis Corporis Christi. Ab an. 1671 in variis Conventibus Guardiani munia

obeuntem Custodem Provinciae an. 1680, tres vero post annos Ministrum Provincialem vice prima, altera vero an. 1695. elegerunt, intermedio inter duo Ministeria tempore in officiis Superioris Conventuum Papaënsis, tardius Sproniensis transacto. Fuit autem Comes Cziráky tam suis, quam exteris, Regni etiam Proceribus amatissimus; Fratribus quidem adeo, ut ei elogium veri Provinciae Patris attribuerint; externis vero, ac maxime Regni Summatibus tanta eius erat sapientia et consvetudinis familiaris gratia, ut in summi momenti rebus eius consilio uti pro omine felicis eventus habitum fuerit, atque pro veritate firmitateque rei cuiusdam sufficeret axioma: *Pater Cziráky dixit.* Licet autem — ait P. Sigismundus Nyürő, Secretarius Provinciae, in pagellis hung. *Religio* cursus anni 1850. pag. 132. — opera ingenii eius vicissitudine temporum interciderint, supersunt tamen annis 1683. 1684. 1685. et 1695. ad Clarissas Moniales labio hungarico, occasione Can. Visitationis habitae allocutiones, e quibus inconcussa eius fides, fundata scientia et zelus elucent. (Has allocutiones, quas P. Sigismundus Nyürő meritis effert laudibus, quasque propriis — anno adhuc 1850. — oculis inspexisse laetabundus testatur, mihi, proh dolor! nulla ratione licuit reperire.)

Cziraky demum fuit unus illorum, qui — teste Archivo Provinciae — locupletissimam in arvo spiritualis fatigii messem contulit: plurimos a fide orthodoxa seiunctos ad sinum Matris Ecclesiae reducendo. — Anno 1696 die 13. Martii Posonii e vivis ereptum sequenti epitaphio luxit scriptor Tabulae:

Siste Viator! et Ecclipsim hic moestis conspicare oculis.
Mirari tamen desine, quia rimari vanum est.

Nam esto casus fatalis.
Finis tamen eius ab origine pendebat, cum Statutum sit omnibus hominibus semel mori.
Ergò quem gemis, aeternae commenda Requiei.

XIII.

P. Pobjeczky Gerardus.

Pobjeczky Gerardus, Kossolnae Comitatus Posoniensis natus an. 1637, novitiatum Posonii subiit an. 1659, presbyter ordinatus Tyrnaviae an. 1663. — Ab an. 1668. usque 1681. ad concionem dixerat, sequiori autem tempore in Conventibus S. Antonii, Sabariae, Tyrnaviae gessit officium Superioris. An. 1712. Definitor Aggregatus Provinciae factus est. — Plura mss. elucubravit, ex quibus hodie nonnulla desiderantur, extant autem:

1°. *Cornucopium 1702 anno pretiosis aromatibus per P. Gerardum Pobjeczky repletum, quod ubi et quoties bonus lector aperuerit, toties odoribus svavibus variis anima illius recreabitur, intellectus erudietur et virtutes inde haurientur.* 4. (Continet dicta sententiosa.)

2°. *Pharmacopeia condita per Fr. Gerardum Pobjeczky, Ord. Min. S. P. Francisci. Anno 1706. continens pharmaca ad persanandos morbos animae vel maxime Religiosi ad perfectionem anhelantis.* 4° (Continet meditationes et exhortationes pro Religiosis.)

Vita functus est Posonii an. 1721.

XIV.

P. Schimperger Hyppolitus.

Schimperger Hyppolitus, an. 1650. Érsekújvarini natus, Ordinem seraphicum an. 1674. amplexus, presbyter an. 1677. ordinatur. Hic ab ipsa fere infantia recolendis Passionis Dominicae Mysteriis ita addictus fuit, ut eam, quae secundum Matthaeum scripta habetur, iam puer quotidie e memoria recitaverit Jeiunia eius erant admiranda. Corpus ciliciis et flagellis excruciabat. In meditatione Passionis et Dolorum Christi erat assiduus; utque alios ad pium hoc exercitium invitaret, imaginem quamdam adinvenit, in qua omnia fere Passionis Mysteria in compendio exhibentur. Ad eum e remotis etiam regionibus fideles accurrebant, onera conscientiarum depositari, multique per litteras spiritualia apud illum quaerebant solatia, nec ullus ab eo inconsolatus recessit, nonnullosque haereticos sua fama accitos, curiositatis magis, quam pietatis gratia venientes, piis adhortationibus ad gremium Ecclesiae reduxit. Ipse Carolus VI. rex piis eius precibus saepius se commendavit. Ad felicem transivit aeternitatem in S. Catharina, die 13. Junii, an 1723. — Eius *Autobiographia* 4⁰. in Archivo Provinciae asservatur.

XV.

P. Smrtnik Benignus.

Smrtnik Benignus, patria Ladomericensis, (Com. Bars.) Ordini an. 1670. inscriptus natus annos 20, ordinatus presbyter an. 1674. Annis quatuordecim sustinuit munus Concionatoris in pluribus, vice mutata, Conventibus, ab an. 1689. Conventui Malaczkaënsi triennio praefuit, rursusque ad concionem rediit. Anno 1701. Definitor et Magister novitiorum in S. Catharina, ubi et fatis cessit an. 1710 die 9. Septembris.

Typis vulgavit:

1⁰ *Poklad seraphinské. Aneb Arcy Bratrstwa Pásku Prowaznjho Swatého Otce Frantjsska Wywyssenost. Skrze F. Benigna Smrtnik, Radu Menssjch tehož Swatého Frantisska w Prowincii Blaho: Panny Marje w Vhrjch Kazatele, a na ten čas gmenowaneho Arcybratrstwa Directora složeny.* Zolnae 1691. 12⁰. pag 206. Typis Joannis Sáda.

2⁰. *Kunst dobre umriti. Aneb: Sskola Duchownj Wnizto Každj Wericj Kresťan učj se od zleho Wjstrihati, a dobre činjti, abj mohl sstasliwe žiwot swug dokonati. Skreze Fr. Benignusse Smrtnik, Rdu Menssjch Swateho Frantisska Provincij Blahoslaweneg Pannj Marje w Uhrich Kazatela, a na ten čas Slawneho Arcj-Bratrstwa Páskuw Prowaznjch Directora, z Archimedesa Krestianského zwetssj častkj wjbranj a wjpsanj. Tyrnaviae 1697.* 4⁰ pag. 399.

Recensetur inter Scriptores Hung. in *Memoria Hungarorum* etc. ab Alexio Horányi. Posonii 1777. P. III. pag. 285.

XVI.

P. Egyed Leo.

Egyed Leo, e Sz.-Péter oriundus, emenso studiorum in seculo cursu, qua absolutus Metaphysicus, annos natus 24. Ordini nomen dedit an. 1675, ad presbyteratum an. 1679. promovebatur Tyrnaviae. Dum adhuc clericalibus subesset disciplinis, praestantis ingenii talia dedit documenta sui, ut a Moderatoribus suis pro cathedra philosophica enixe commendatus fuerit; verumtamen ipse ad concionem dicere decrevit, atque ab an. 1681. usque 1696. variis in Conventuum nostrorum Ecclesiis floridissimum, simul et zelantissimum egit verbi Dei praeconem. Anno 1698. capellani dominalis apud M. D. Sennyei partes obivit, paulopost ad concionem rediens, usque diem vitae ultimum (26. Octobr. an. 1703) laetus operam suam in vinea evangelica locavit Posonii. — Opera eius manuscripta sunt:

1°. *Tractatus de Chria eiusque partibus, item de copia verborum et Sententiarum, de Metaphoris, Periodis, earumque dilatatione.*

2°. *Conciones.* (Utrumque opus extat in Bibl. Conv. Poson.)

XVII.

P. Babczanszky Franciscus.

Babczanszky Franciscus, lucem in Mezuric Moraviae conspexit an. 1655, tyrocinium seraphicum an. 1675

subiens, presbyter an. 1679. ordinatur. Tradendis philosophiae studiis intentus, hanc usque an. 1686. sedulo apud nostrates professus est Pruszkae, ad theologicam cathedram deinde translatus, hanc aeque sexennio sustinuit, pietatis et disciplinae se praebens exemplar Lector Generalis et Definitor vitae valedixit an. 1702. die 9. Julii Malaczkae.

Auctor est libri, in Schem. an. 1851. pag. 88 erronee Didaco Bapcsánszky adindicati:

Fasciculus Myrrhae, hoc est: Gladius Simeonis, qui pertransivit animam B. Virginis in passione Filii sui Per Nebridium Mündelheim Can. Reg. S. Aug. in lucem editus, nunc vero A. R. P. Francisci Babczanszky, Ord. Min. S. Franc. Ref. Prov. in Hung. Ss. Theol. Lect. Gen. industria additis nonnullis reimpressus Superiorum permissu. Viennae Austriae An. 1701. 12°. pag. 144. Typis Leopoldi Voigt. Recusus Tyrnaviae an. 1718 et 1748.

Recensetur inter Scriptores Hung. in *Memoria Hungarorum* etc. ab Alexio Horányi. Viennae 1775. P. I. pag. 114. (ubi erronee Didacus scribitur.)

XVIII.

P. Schneider Dionysius.

Schneider Dionysius, natus an. 1658. in Rosindol (Com. Poson.) habitum seraphicum an. 1679. induit, presbyter an. 1683 ordinatus. Post gesta varia officia an. 1712. Minister Provincialis creatus, multas utiles tulit Constitutiones. Pro Fratribus labii slavici regulam S. Francisci transtulit, et typis vulgavit sub titulo:

Regula Bratruw Menssych Swateho Otca Francisska Na rozumitedlny wedle Wlastj nasseg Gazyk obracena, z Vsylowanjm Otca Dionysiusa Vherskeg Provinciae B. P. Mariae Provinciala vnjženeho. Tyrnaviae 1713. 16° pag. 44.

Humana reliquit in S. Catharina an. 1740 die 12. Januarii.

XIX.

P. Affray Antonius.

Affray Antonius, e Peselnek in Transylvania oriundus, absolutus Logicus habitum petiit an. 1687, expleto iam vicesimo tertio aetatis anno, sacris ordinibus an. 1690 initiatus. Missa Lectura, pro qua candidatus erat, Praedicator pro rostris sacris hungarice peroravit, quod munus pluribus annis zelose gessit, ita quidem, quod licet ab an. 1696. usque ad suam in Provincialem Ministrum an. 1709. factam electionem a munere Guardiani nunquam dimotus foret, ad Concionem dicere non cessaverit. Qua Minister Decessorum suorum Ordinationes, nonnullis modificationibus adiectis, resuscitavit.

Vir magnae prudentiae et insignis dexteritatis, laboribus fractus obdormivit in Domino Tyrnaviae an. 1721.

Sermo sacer editus ab illo est sub anonymo:

Spectabilis Domicella Regi Regum Post Reginam Virginum Adducta. A Kiralyok Királlyanak, A Szüzek Kiralneia Után Elő hozattatott, és bémutattatott Tekentetes Nagyságos Berenyi Klara Kis-Asszony, Midőn A Szüzek Veolegénnyének Hiv szolgálattyára, A Szüzek Királnejának, Maga· bemuta-

tása Jeles napján A szüz szent Clara rendén lévő Nagy szombati Kalastromban a szerzetes szent professio által örökösen lekötelezvén, Magát bemutatta, MInDen VILágI IóktoL ekképen bVCsVztatta Szt. Ferencz Atyánk Szerzetebéli Boldog Aszszony Provincziájának egy érdemetlen Predikátora. A Superiorok engedelméből. Posonii, 1719. Typis Joann. Pauli Royer. 4⁰. pag. C. 2.

XX.

P. Kiss Fabianus.

Kiss Fabianus, in lucem editus Jaurini an. 1665, Ordinem an. 1686 ingressus, insequente anno solemnia vota nuncupavit, presbyter an. 1691 ordinatus. Longo tempore, imprimis Sabariae, Nitriae Concionator hungaricus generalis, serius Magister Juvenum novitiorum, dein an. 1703 Guardianus Conventus Sümeghiensis, anno autem 1718 Sabariensis. — Mortuus an 1746 die 3. Martii Posonii. — Conscriptam habemus ab illo historiam originis miraculorum et gratiarum ad Thaumaturgam Sümeghiensem collatarum, editam sub titulo:

Betegek Gyogyitoja, Az az Sümegi Pater Franciscanusok Templomában, Csudákkal tündöklö, keserves, Kereszt fárul le-tétetett Sz. Fiát ölében tarto Makula nélkül valo Dücsösséges Szüz Máriának Nyilvánságos Csuda-tétei, Melly ket Az Ur Istennek nagyobb düc összégére, a' Boldogságos Szüznek tiszteletére, édes Nemzetünknek örömére, és szegény Hazánknak Lelki vigasztalására, a meg-gyógyúltak

Relatiója szerént egybe szedvén. A Tisztelendő Pater Guzmán Daniel, Magyar Országi Boldog Aszszony Provinciajának érdemes Provinciálissa engedelmével, világosságra bocsátott azon Sümegi Conventbül egy Pater Franciscanus. Ezen Szentséges· és vég nélkül való érdemü kegyes Szüzet, alázatos áitatossággal tisztelő, leg-kissebb Szolgája költségén. Tyrnaviae. an. 1703. 8⁰. pag. 171. Typis academ. per Joann. Hörmann.

Recensetur inter Scriptores Hung. in *Memoria Hungarorum* etc. ab Alexio Horányi. Viennae 1776. P. II. pag. 353; porro in *Magyar Irók É-gyüjteménye* a Jos. Danielik. Pestini 1858. pag. 145.

XXI.

P. Pordányi Andreas.

Pordányi Andreas, patria Jaurinensis, tyrocinium franciscani Instituti in S. Catharina an. 1691. tum iam iuvenis annorum 21 subivit, sacrum presbyteratus Ordinem an. 1697. suscepit. Aliquo tempore philosophiam, dein theologiam apud nostrates professus, fit a Secretis, mox Definitor, annoque 1721. in Ministrum Provincialem eligitur. „Vir sane Apostolicus, ait Schem. an. 1866, doctrina et pietate insignis, vitaeque religiosae absolutissimum exemplar. Hic interfuit Capitulo Generali Romano an. 1723, dumque ibidem ab omnibus ex toto orbe seraphico Vocalibus congregatis eximiae eiusdem virtutes observatae fuiscent, congruo suis factis honore decoratus rediit, utpote pro toto Ordine electus Defi-

nitor Generalis." Memoriae laeti huius eventus conservandae gratia, (quod ille primus fuerit tali ornatus honore), Provincia symbolicam adornari fecit effigiem, inscriptione sequenti distinctam:

Hungara Te, Volucrem tellus non viderat unquam,
Ut modo fulgenti torque decora venis?
Hoc meruit pietas, meruit sapientia rerum,
CongrVa Dat faCtIs XenIa RoMa tVIs.

Anno 1730. reelectus fuit in Ministrum Provincialem, et sub hoc secundo Ministerio singulis trienniis tripartita Ministrorum alternativa electio — quae iam sub Capistrano Sebach Provinciali introducta fuit — a Clemente XII. per Breve „Exponi Nobis" an. 1737. rati habita est. (Kósa pag. 340.) Auctor est libri:

Len kötelecske, az az a Seraphikus szent Ferencz Atyánk Magyarországi B. Aszszonyi Provincziában elterjedt korda viselő Atyafiak kongregaczioinak Regulái. Posonii, an. 1768.

Andocsini, Visitationis munere defungens, terminato Missae sacrificio ante aram B. Virginis, cuius cultor eximius extitit, apoplexia prostratus obiit an. 1730 die 27. Augusti.

Recensetur inter Scriptores Hung. in *Memoria Hungarorum* etc. ab Alexio Horányi. Posonii 1777. P. III. pag. 92; porro in *Magyar Irók É-gyüjteménye* a Jos. Danielik. Pestini 1858. pag. 258.

XXII.

P. Sebacher Capistranus.

Sebacher (alias Sebach) Capistranus, primam lucem Mohuncini in Germania conspexit an. 1673, probationem seraphicam an. 1692. exigens, presbyter 1697. ordinatus. Subsequis temporibus Concionatorem germanicum egit Kismartonii, dein Jaurini, demum in Patris Marianis, hinc ad militiam pro Capellano applicitus, factusque Superior Castrensis, a Rákoczyanis interceptus, pretio vitam et libertatem redemit. Anno 1710. Commissarius Visitator Generalis Provinciae Ss. Salvatoris, post biennium vero Guardianus Posoniensis et Custos Provinciae creatus. Anno 1717. in neoerectum Conventum Strigoniensem Fratres nostros inter solemnes iubilationes et applausus introduxit. Insequenti anno in Provincialem vice prima, altera vero an. 1727. — dum e Terra Sancta, cuius Praesidens ab an. 1726. esse pergebat, redux esset, informationesque A. R. P. Hugoni Babler, Provinciae Austriae iterato Ex-Ministro, Provinciam nostram canonice visitanti, quoad alternativam tripartitam electionem Provincialium impertivisset: — in Definitorio Soproniumi convocato eligitur. Tempore inter duo Ministeria intermedio Commissarii munere etiam Visitatoris Generalis Provinciae Austriae defunctus. Ob fidelia Maiestati regiae, tempore Rákoczyanae seditionis, praestita servitia per Carolum VI. honorarius aulicus Concionator denominatus. E Vallisoletano Capitulo, cuius Pro-Minister erat, rediens, Burdigalae in Galliis obiit an. 1741 die 2. Januarii.

Auctor est tripartitae alternativae electionis, Brevi Apostolico an. 1737 confirmatae, et an. 1878. sublatae.

Edidit:

Der Zum Vierten Erbaute Tempel Salomon, Das ist: Höchst-Schuldigst-Demüthige Dank-Lob-Ehr und Dedications-Predigt Von der zum Vierten Höchst-Kostbar von Ihro Hoch-Fürstl. Durchleucht Paulo Esterhasy Erbauten Kirchen des weit-berühmten Gnaden-Orths Maria Auf der Haydt Hinter dem Vngarischen See-Förto; Welche An Dero Einweyhungs Solemnität und Gelegenheit der Installation Höchst-Gedachter Hoch-Fürstlichen Durchleucht; etc. zu Obergespann der Hoch-Adelichen Gespannschaft Wisslburg, in Fest Elisabethae den 19. Novembris Anno 1702 als den 24. Sonntag nach Pfingsten, in Nahmen der gantzen Marianischen Provintz, Ordens der Mindern Brüder dess Heil. Vaters Francisci Seraphici in Ungern vorgetragen worden (von desselben Ordens Provintz und Klosters ordinari Sonntags-Prediger) P. F. Joanne a' Capistrano Sebacher. Ex mandato Superiorum. Tyrnaviae 1703. in folio. pag. 47. Typis Academ. per Andream Hörmann.

XXIII.

P. Pozsonyi Antonius.

Pozsonyi Antonius, natus Posonii an. 1678, vestem religiosam in Conventu S. Catharinae an. 1695 induit, presbyter an. 1702 Tyrnaviae ordinatus. Postquam pro

more illius aevi constitutos in philosophica cathedra annos exegit, ad theologicam dispositus, Lectoris Generalis titulum emeruit. An. 1724. in Provincialem fuerat electus, expletoque triennali Ministerio an. 1727. ad Conventum S. Antonii se contulit, ubi piis animum occupationibus recreavit.

In manuscripto reliquit opus inscriptum:

Mystica Civitas Dei, seu Historia Divina, et vita Virginis Matris Dei, Reginae et Dominae nostrae sanctissimae Mariae. Ab hac ipsa mundi Domina Ancillae suae venerabili matri, sorori Mariae de Jesu, Abbatissae Conventus Immaculatae Conceptionis in Urbe Agredana, Provinciae Burgensis Regularis Observantiae Seraphici Patris S. Francisci manifestata. Et ab in lignissimo quodam eiusdem sacratissimae Virginis Matris Mariae cliente, pro spirituali solatio, et animae suae utilitate, in Conventu S. Antonii Paduani in Insula Csallóköz compendiata, in duos Tomos divisa et scriptione inchoata an. 1739. tom. I. pag. 505. tom. II. pag. 198. (Bibl. Conv. Poson.) Posteriori tomo ultimam manum, an. 1742 die 1. Januarii e vivis sublatus in S. Antonio, imponere nequivit.

XXIV.

P. Bárdy Bonaventura.

Bárdy Bonaventura, Comaromii nobilibus, sed Calvinistis parentibus ortus an. 1679, ad nostra Sacra transiens, iuvenis duodeviginti annos natus in Ordinem

admissus an. 1698, sacrum presbyratum an. 1703. suscepit. Kósa pag. 327. ait: „Floruerat hoc eodem — nempe Andreae Pordányi primi Ministerii — tempore in hac nostra Provincia P. Bonaventura Bárdy, Lector Generalis, Provinciae Custos, antea Provinciae Bohemicae Commissarius Visitator Generalis, a philosophicis et theologicis scientiis multum clarus, plurimum vero a concionibus in Ecclesia Conventus Posoniensis habitis, praesertim occasione Comitiorum Regni annis 1721. et 1722. Cuius tam vivi et efficaces, memorabilesque fuere sermones, ut certatim Praelati Proceresque Regni confluerent ad Ecclesiam nostram, eius sermones avidissime audituri." Hic, dum recentioris aurae captandae causa Sabariam iret, *Sermonesque suos* in ordinem locaturus esset, insperate moritur ibidem, an. 1722 die 9 Septembris, qua Lector emeritus et Custos actualis.

XXV.

P. Ozolyi Florianus.

Ozolyi Florianus, natus Sabariae an. 1683, solemnibus se votis obstrinxit an. 1704, philosophicis studiis in Conventu Jaurinensi, theologicis Posonii, praelegentibus Andrea Pordanyi et Remigio Rutkay — utroque pulchris ob merita et virtutes in Provincia honoribus decorato — tanta solertia incubuit, ut an. 1711 presbyter ordinatus, mox cathedram theologicam conscendere meruerit. Anno 1720. iam Guardianus Tyrnaviensis, una Lector et Concionator hungaricus extitit ab an. 1724. quo Definitor creatus est, modo Veszprimiensi, modo

Tyrnaviensi Conventui praefuit, atque in dandis consiliis, in gerendis rebus singulari ingenii sui acumine enituit. Vitam nimis operosam duxisse, praeter haec, vel ex eo constat, quod de illo Chronologus noster Kósa in *Collectaneis* adnotavit: „Dum sapientissimus Imperator Carolus VI. Rex Hungariae pro fidei orthodoxae in regno hocce Mariano amplificandae zelo e plaga remotiori Comitatus Castriferrei Őrségh vocitata, in qua ceu peculiari nido suo haeretici catholicis infensi commorabantur, Ecclesias adimere voluisset, — — — sex desideravit Missionarios, Parochorum vices subituros; cui caesario regioque mandato Provinciae Primores obsequi promtissime volentes, sex tum scientia, tum moribus animarumque zelo praeditos praecipuos Patres designaverunt: P. Florianum Ozolyi, iam Definitorem et Conventus Posoniensis Guardianum, — qui uti et successores, aeque ex nostra Provincia constituti Missionarii, vitae suae exemplaritate zeloque apostolico eos in fide orthodoxa in suis respective assignatis Parochiis fecerunt progressus, ut — — — catholicorum numerus augmentatus fuerit."

Misso nomine publica luce donavit libros sequentes:

1°. *„Lelki iskola és a jó halálnak mestersége, melyben minden keresztény tanitatik gonosztol eltávozni és jót cselekedni, mely a Szeraphicus Szent Ferencz kisded szerzetebéli Boldog Aszszony Provincziajában levő egy Szerzetes által deák nyelvből magyarra forditatott és a Superiorok engedelméből, a kegyes Patronusok költségével a keresztény lelkek oktatására és vigasztalására külső betükre kibocsáltatott.* Posonii 1722. 4°. pag. 421. (Ad calcem adiecta est synopsis doctrinae christianae).

2⁰. *A Halandó testben szenvedő Halhatatlan Istennek Szentséges Historiája Mely a Jézus Zászlója alatt vitézkedő Sz. Társaságbeli Tisztelendő P. Guilielmus Stanihurstus által deák nyelven kiadattatott, most pedig több keresztény híveknek lelki idvösségekre Szent Ferencz Szerzetebéli Magyar Országi Boldog Aszszony Provincziájabeli F. P. Provinciális rendeléséből magyar nyelvre fordétattatván. A Méltóságos Báró Iklandi Szluha Ferencz Solgo vára örökös Urának Császár és koronás Király eő Felsége Udvari actualis Tanátsának, és Magyar Cancellariája Assessorának, nagy jó Patronus urnak, eő Nagyságának istenes költségével ki nyomtattatott.* Posonii 1727. 4⁰ pag. 436. Typis Joannis Royer.

3⁰. *Jó reménységnek hajócskája.* Budae 1743. 8⁰. (Continet methodum meditandi et meditationes diversas.)

Libros hos in *Magyar Irók* a Jos. Danielik. Pestini 1858. pag. 243 perperam tribui Florae Ozolyi, Clarissae Moniali, ex ipsa inscriptione elucet.

Auctor obiit Budae. an. 1755. die 25 Octobris.

Recensetur in *Memoria Hungarorum* etc. ab Alexio Horányi. Viennae 1776 P. II. pag. 719.

XXVI.

P. Németh Petrus.

Németh Petrus, oriundus e Vásárhely, iam maturae aetatis adolescens, annorum quippe vigintiduorum, Ordinem ingressus est an. 1707. sacris an. 1712 initiatus. Concionator vulgavit librum confraternitatis S. Francisci sub titulo:

Len kötelecske. Posonii. 1720.

Recensetur inter Scriptores Hung. in *Memoria Hungarorum* etc. ab Alexio Horányi. Viennae 1776. P. II. pag. 681; porro in *Magyar Irók É-gyüjteménye* a Jos. Danielik. Pestini 1858. pag. 226.

Fatis functus Tyrnaviae an. 1722. die 12. Julii.

XXVII.

P. Baráth Nicolaus.

Baráth Nicolaus, Tyrolis provinciae Oeniponto oriundus, nostro Ordini an. 1711. inscribi petiit, novitiatum Posonii terminavit aetatis suae anno vicesimo primo, ad sacros Ordines an. 1714. promotus Tyrnaviae. Dum vernaculae (hungaricae) linguae antea minime peritus esset, nunc in testimonium adhaesionis erga novam patriam, non solum illam magno colere studio conabatur, sed etiam nomen suum (antea Lorant vocatum) in Baráth immutavit. Ab an. 1717. in diversis Conventuum nostro-

rum ambonibus verbum Dei annuntiavit, et sua affabilitate, internam pietatem per externos etiam mores profitente assiduitate, multorum commodum spirituale procuravit et promovit.

Praedicator Generalis et bis Ex-Definitor piam animam exhalavit Budae an. 1762 die 27. Julii.

Ineditum eius opus sequentem gerit titulum:

Via lactea, secura ac necessaria pro Religioso Viro tempore exercitiorum spiritualium quaerenda. Per octo dies Sacrorum exercitiorum elaborata, conscripta per F. Patrem Nicolaum Baráth, Provinciae S. Mariae in Hungaria Ordinis Min. S. P. Francisci Stric. Obs. Jaurini. 1757. 8°. pag. 161. Appendix: *de magna dignitate et honore Sacerdotum* etc. pag. 30. (Bibl. Conv. Poson.)

XXVIII.

P. Hejnegger Petrus.

Hejnegger Petrus, patria Kismartoniensis, Ordinis vestem 21 annos natus, in Conventu S. Catharinae induit an. 1712, sacrum presbyteratum in Valle Mariae ab Em. Cardinali de Saxonia an. 1714. suscepit. Septem annis nostrates Philosophiam docuit, simul organiam, quam recte callebat, diebus statis pro officio divino exercuit. Ab an. 1726. Theologiae Lectorem, quamvis infirma saepius premeretur valetudine, diligentem agere pergebat, donec an. 1735, qua Custos Provinciae ad alia negotia tractanda applicatus, a cathedra dimovebatur. Anno 1738. vice prima, an. autem 1747. altera

Minister electus, pietati promovendae imprimis perutilia quaedam sancivit.

Typis edidit librum:

Idea perfecti Confessarii.

Obiit an. 1759 die 13. Augusti in Pratis Marianis.

XXIX.

P. Rost Paschalis.

Rost Paschalis, in lucem editus Budae an. 1691, pro Laico chirurgo indutus an. 1715; cum vero maiori arderet morbos curandi spirituales desiderio, exactis in statu laicali septem mensibus, eodem adhuc anno coronam clericalem obtinuit, et sacros Ordines an. 1718. in Valle Mariae a Dno. Ladislao Nádasdy Episcopo Csanádiensi, Suffraganeoque Jaurinensi suscepit. Egit Concionatorem germanicum Posonii annis septem, atque ab an. 1729. usque 1756. in octo Conventibus munia Superioris obivit; annis inter munia Superioris gesta singulis fere semper interpositis qua promotor et inspector aedificandorum vel restaurandorum Conventuum e V. Definitorii commissione existens. — An. 1762 die 16. Februarii complurium — ait Necrologium — Provinciae domorum assiduus promotor post octiduanam aegritudinem ad domum aeternitatis et ipse promotus est in S. Monte Calvariae.

Edidit libellum sub anonymo:

Seraphisches Liebs-Band, das ist: Ein kurz doch gründlich die Einsatz-Fortpflanzung, Regel

und Abläsz Hochlöbl. Erz-Bruderschaft der Strikgürtel des heil. Seraphischen Vaters Franzisci. Wie auch dessen kleine Tag-zeulen, die Neue Tägige Andacht zu denen H. Antonium von Padua, und Petrum von Alkantara, etwelche schöne Litaneyen, nebst kurz beigefügten unterschiedlichen, die heutigen, absonderlich des h. Seraphischen Ordens, Morgens und Abends in d. heil. Mess, Beicht und Communion, oder auch sonsten damit zu verehren, dienlichen Gebettern Inhaltendes Büchlein, so auf öfters Begehren deren Brüder und Schwestern gedachter hoch löbl. Seraphische Erz-Bruderschaft von einem der Reformirten Marianischen Provinz S. Francisci Mindern Ordens Priester aus ein oder andern approbirten Authore mit Genehmhaltung seiner Obern zusammengestellt und in Druck gegeben worden. zV PresbVrg In aLLgeMeInen JVbeLJahr Den fVnften AprIL. Posonii 1725. 12°.

(Tertio recusus, ast brevius, an. 1764. aeque Posonii.)

XXX.

P. Leitgeb Gabriel.

Leitgeb Gabriel, natus Kismartonii an. 1692. probationem religiosam an. 1712. Malackae subivit, presbyter an. 1716. ordinatus. Ob copiam individuorum anno duntaxat 1723. obtinuit cathedram ordinariam in Pratis Marianis, unde, expleto sexennio, Érsekujvarinum, dein Nitriam, anno vero 1738. Praedicator Generalis Posonium transiit.

Pro auctore habetur sermonis funebris:

Stimulus mortis, az az: Halálnak ösztöne, Melynek minden Körösztény embernek szükséges gyakor emlékezetivel, nem csak a veszedelmes vétkeknek eltávoztatására hanem minden tökéletes erkölcsöknek s-példás jó cselekedeteknek gyakorlására következendő képpen az üdvösséges halálra való mindenkori készszen lételre ösztönöztetett az néhai Méltóságos Szalai Groff Barkócz Theresia — Aszszony. Méltóságos Karancs Berényi Groff Berényi Thamás Urnak, Bodok Vára örökös Urának. Teként. Zemplén Vár-Megye Fö-Ispánnyának Fölséges Császárunk, és Koronás Királyunk Tanácsának és a Fölséges Septemvirális Törvényes Fö-Tábla edgyik Birájának Szerelmes Hütvös-társa. A mint halotti Pompás Exequiainak szolgáltatása alkalmatosságával, Sz. Ferencz Szerzetebeli Magyar Országi Boldog Asszony Provincziájának egy érdemetlen Predikátora élő nyelvel Kimagyarázta. Posonban a P. P. Franciscanusok Boldog Aszszony tisztességére szenteltetett Templomában Mind Szent Havának 20-dik napján 1738 Esztendőben. Posonii Typis viduae Joannis Pauli Royer. 4° pag. 40.

In fine haec duo chronosticha: CoMItIssae TheresIae BarkoCzI pIe fatIs fVnCtae, LVX aeterna LVCeat, reqVIesCat In paCe. = MéLtóságos szaLaI Groff BarkoCzI TheresIa Aszszony LeLkének VILágossága Vég néLkVL éLLyen, örök nyVgoVása az angyaLokkaL VIgasságban Legyen, Isten készItett koronára nézzen.

Fatis cessit anno 1750 die 15. Junii in Pratis Marianis.

XXXI.

P. Pénzess Vincentius.

Pénzess Vincentius, exili Insulae Cituorum pago Bácsfa dicto oriundus, annos 22 natus Ordini nomen dedit an. 1715, ordinatus presbyter an. 1718. Concionator, aliquo tempore Amanuensis Provincialis. Anno 1730 Superior Conventus Keszthelyiensis. Ad moniales S. Clarae, quibus longiori tempore fuit a Confessionibus, scripsit exhortationes sacras, hasque prelo subiecit sub titulo:

Örök életnek bizonyos utja. Posonii 1747. 12°.

Recensetur inter Scriptores Hung. in *Memoria Hungarorum* etc. ab Alexio Horányi. Posonii 1777. P. III. pag. 61; porro in *Magyar Irók É-gyüjteménye* a Jos. Danielik. Pestini 1858. pag. 252.

Obiit an. 1752 die 5. Octobris Kismartonii.

XXXII.

P. Reinthaler Severinus.

Reinthaler Severinus, Jaurinensis, an. 1695. natus, Ordini nomen dedit an. 1714, ordinatus presbyter Tyrnaviae an. 1718. Operam suam ab an. 1719. qua Artium Liberalium et Philosophiae Lector locabat Sümeghini, unde Posonium pro Theologia tradenda an. 1726. trans-

latus est. Postquam munus Superioris an. 1731. in Conventu Sopronensi, insequente vero in Strigoniensi gessisset, non ad Lecturam, in qua Generalis titulum obtinuit, est reversus, sed in Pratis Marianis, dein Kismartonii pro rostris sacris perorabat usque an. 1739, quo Magistrum egit Clericorum Jaurini, ibidemque ab an. 1747. usque 1753. qua Director III. Ordinis operabatur non verbo solum, sed opere etiam in usum eiusdem Ordinis edito:

Unterrichtungen der Heilsammen Buss des dritten Ordens Welche In der Regel von dem Seraphischen Heiligen Vater Francisco denen Weltlichen Tertiariis vorgeschrieben, von Nicolao den IV. bestättiget Um dardurch alle in ihren eigenen Behauptungen wohnende Catholische Christen, anzueyfern, das höchstnothwendige Geschäft ihrer Seelen zu würcken so zusammen getragen, mit einem Anhang H. Gebettern sammt dem H. Kreuzweg. Von einem armen Franciscaner, Marian, Hung. Provinz zu grösserer Ehre Gottes, des H. Francisci und Trost des ganzen dritten Ordens deren Büssern. Posonii 1752. 8°. pag. 347. Typis Joannis Michaelis Landerer.

Laborum mercedem recepturus ad aeternitatem migravit Budae an. 1763 die 3. Septembris.

XXXIII.

P. Telekessy Adrianus.

Telekessy Adrianus, natus in Czenk Comitatus Soproniensis, seraphicam regulam an. 1716. qua iuvenis annorum 20 solemnibus votis est professus, in presbyteratum an. 1719. promotus. Egit Concionatorem hungarcium, tituloque Praedicatoris Generalis ornabatur. Librum e latino in hungaricum idioma transtulit sequentem:

Certamen Spirituale P. Laurentii Scupuli. Posonii 1720.

Fatis cessit Simontornyae an. 1764 die 18. Martii.

XXXIV.

P. Csicsman Paulinus.

Csicsman Paulinus, an. 1697. Tyrnaviae lucem conspexit, regulam seraphicam an. 1717. amplexus, presbyteratum an. 1721. suscepit. Primum Administrator in Győr-Szigeth, dein ab an. 1736. Vicarius Sopronii, paulopost Strigonii, an. vero 1744. Novitiorum Clericorum Magister extitit, atque musicae et cantus peritus, musicalibus notis expressit quaedam, pro officio divino inservientia, nonnullasque adiecit praeceptiones a tyronibus religiosis observandas.

Opera eius impressa sunt:

1⁰. *Honori Seraphico Processionale et Antiphonale Romano Franciscanum de Tempore et Sanctis concinnatum. Accedit prologialis methodus fundamenta Cantus Gregoriani complectens. Ad usum Fratrum Minorum Ord. S. P. Francisci, Almae Provinciae S. Mariae in Hungaria accomodata.* Anno 1747. Jaurini. Typis Gregorii Streibig. 4⁰. pag. 0·2. Recusum Posonii et Jaurini an. 1753.

2⁰. *Diapsalma Harmonicum, sive Methodus Tradens Regulamenta debitis cum Pausis Divini Officii, et aliorum Cursuum Cultum Dei concernentium Psalmodiam; item Mensae Benedictionem, aeque et Gratiarum actionem in fine eiusdem exacte peragendi. Auctoritate Venerabilis Definitorii recognita, et approbata an. 1751, ac Alumnis Ord Min. Strict. Obs. Provinciae S. Mariae in Hungaria exhibita, dein iussu A. R. P. Ministri Provincialis publicae luci data. Praepara animam tuam: Ora, Canta ferventer, sta, inclina, flecte reverenter, sicut decet in conspectu Divinae Maiestatis. Ita praescribit P. Angelin Brinckman in suo Thuribulo aureo.* Posonii 1753. Typis Joan. Mich. Landerer. 4⁰ pag. C.

Recensetur inter Scriptores Hung. in *Memoria Hungarorum* etc. ab Alexio Horányi. Viennae 1775. P. I. pag. 449.

Defunctus an. 1753 die 3. Septembris Posonii.

XXXV.

P. Pollotinics Benedictus.

Pollotinics Benedictus, e Kis-Hőflány, pago ad Kismartonium proximo oriundus, duodeviginti annos natus seraphicum sumsit habitum an. 1716, sacerdotio an. 1721. initiatus. — Concionator usque an. 1728, quo Guardianus Kismartoniensis creatus est. Anno 1735. egit Novitiorum Magistrum, factus dein Definitor actualis, una a Secretis, ab an. vero 1750. Conventui Jaurinensi, postmodum Soproniensi Superior praefuit, postremoque in loco an. 1754 die 4. Maii defunctus.

Typis vulgavit octiduana exercitia pro Fratribus Laicis labii germanici:

Der Erneuerte Seraphische Layen-Bruder, Der nach Gott geschaffen ist in der Gerechtigkeit, und Wahrheit der Heiligkeit, ad Eph. 4. 24. *Oder: Kürtzer Begrieff, Wie ein jeglicher Ordens-Mann, sonderlich aber ein Münder-Bruder, und Schwester des H. Vatters* Francisci, *das vorige, in Sünden geübtes Leben, durch die H. Regel und Ordens-Schatzungen verneuern könne, durch achttägliche 24 Betrachtungen und 16 Sitten-Lehren in sich haltende Uebungen vorgetragen. Durch einen Priester der Reformirten Franciscanern, Marianischer-Provinz in Hungarn. Cum Licentia Superiorum. Wienerisch-Neustadt, gedruckt, bei Samuel Müller.* 1731. 16°. pag. 371.

Nomen suum in fine dedicatoriae initialibus: B. P. indicavit.

Porro singulari diligentia congessit e libris Ss. Patrum cuncta effata sententiosa, atque secundum ordinem alphabeticum distribuit; hoc „lexicon sententiarum“ magno Concionatoribus et aliis usui cessisset, si ab ipso publica luce donari potuisset. Extat opus hoc in Mss. titulum habens:

Alphabetum diversarum materiarum sententiale ex SS. Patribus collectarum. 4°. fol. 180. Appendix: *Compendium universarum materiarum moralium per quaestiones propositum.* 4°. (Bibl. Conv. Pos.)

XXXVI.

P. Farkas Benignus.

Farkas Benignus, in Tapolcza Comitatus Zalaënsis in mundum venit an. 1702, seraphicum habitum Malaczkae sumsit an. 1722, ordinatus presbyter an. 1727. Tyrnaviae. — Zelosus verbi divini praeco, summa comitate conversandi et dote haereticos convertendi clarus, aliquot annis Nitriae in cathedra hungarica exactis, ad missiones inter haereticos ad desiderium augustissimi caesaris et regis Hungariae Caroli VI. habendas, (aliis 5 sociis ad alia loca ire iussis), deputatus est ad Szarvaskend Com. Castriferrei. Hoc in loco magna prudentia et fervore rem gerens, non solum plures centenos orthodoxae fidei asseruit, sed Ecclesias et Parochias etiam suscitavit et necessariis supellectilibus providit. Pace fideque tandem inter haereticos per ipsum ita restituta, ut populus ad parendum ecclesiasticis viris pronus reper-

tus esset, Veszprimium pro cathedrali Concionatore disponebatur an. 1743. Dictum a se festo Theophoriae sacrum Sermonem, misso nomine, typis edidit sub titulo:

Collyrium Mysticum Apog. 3. v. 18. Titkos-Értelmü Szem-Gyógyito, vagy-is A' Kenyérnek Szine alatt elrejtetett Ur Jezus istensége, és embersége valóságos jelen-voltának el-hitelére; a' Sz-Irásbul öszveszedegettetett czikkelyekből; mint annyi drága füvekből egybe timporált, lelki szemeinknek halyogát meggyógyitó Orvosság. Az-az Együgyü, de hathatos erejü Lelki Beszéd. Mellyet Urnapi Processiónak alkalmatosságával Seráfikus Sz. Ferencz Szerzetében lévő, Boldog Aszszony Provincziájának Szerzetes Fia, élö nyelvel, az Hiveknek elejbek adott. Nemes Weszprém Városában, 1744. Esztendőben. A' melly-is Tekéntetes, Nemzetes, és Vitézlö Török András Tekéntetes Nemes Weszprém, Fejér, és Somogy Vármegyék, Törvényes Táblái érdemes Birájának buzgó indulattyábul; az életnek pusztájában szarándokoskodó hiveknek vezérlésekre, és a' lelki homályban vakoskodóknak, ugyan lelki szemeiknek orvoslására, Nyomtatásban vétetvén ki-bocsátatott. Elöl-járók Engedelméböl. Jaurini 1744. 4° pag. 73.

Defunctus Sümeghini an. 1749 die 10. Junii.

XXXVII.

P. Steinsiess Antoninus.

Steinsiess Antoninus, Vienna an. 1703. oriundus, inter Francisci asseclas an. 1718. cooptatus, Philosophiam Jaurini, dein Sabariae e praelectionibus Petri Hejnegger, Theologiam Posonii, proponentibus Sebastiano Pankl et Severino Reinthaler, viris in Provincia meritissimis, hausit; ordinatus presbyter an. 1727. Pluribus annis Philosophiam, dein SS. Canones apud nostrates summo cum studio et laeto successu ita est professus, ut fama scientiae eius limites Provinciae longe excesserit. Fuit Provinciae Transylvaniae Visitator Generalis. Defunctus an. 1773 die 16. Octobris Kismartonii.

Opera impressa sunt typis:

1⁰. *Panoplia Dogmatica, seu de verbo Dei, praesertim scripto, Lectioneque eiusdem in Versionibus vulgaribus Responsio Apologetica, Ad scriptum nuperi Anonymi, in lucem edita: a P. Fr. Antonino Steinsiess. O. FF. Minor. Provinciae S. Mariae in Hung. professo, Theologo Lectore Generali, moralium actuali. Cui accedit, id quod quaeritur: An Fides solo ex auditu, et per verbum Christi? Ecclesia Catholica, per totum Orbem diffusa omnibus errantibus utitur ad profectus suos: et ad eorum correptionem cum evigilare voluerint. S. Aug. L. de vera Relig. Cap. 6. Cum licentia Superiorum.* Jaurini 1752. 4⁰. pag. 428. Typis Greg. Joann. Streibig privil. Reg. Episc. et Civil. Typograph.

2°. *Aphorismi Juris Praxeos, seu Resolutiones Theologico-Juridico-Morales, iuxta Ordinem Tit. IV. Libri Decretalium Gregorii Papae IX. suis locis Juri civili accomodatae, pro foro in-respective externo. De Contractibus Sponsalitio et Matrimoniali (quibus ad calcem sociatur Juris Theoria) Ad commoditatem examinatorum, vel propediem examinandorum pro cura animarum, editae per Centuriam casuum practicorum. Opera P. Fr. Antonini Steinsiess, Ord. Min. Prov. Marianae in Hung. Strict. Obs. Ss. Theologiae Lectoris Generalis.* Augustae Vindelicorum et Dilingae 1755. 8°. pag. 295.

Integrum opus quinque libris absolvi putatur.

Recensetur et laudatur inter Scriptores Hung. in *Memoria Hungarorum* etc. ab Alexio Horányi. Posonii 1777. P. III. pag. 295. (ubi falso Csepregiensis dicitur); citatur in *litt. encycl.* A. Eppi Strigoniens. an 1871 nro. 17. pag. 86.

XXXVIII.

P. Dominkovits Modestus.

Dominkovits Modestus, lucem conspexit in Fölső-Pulya Comitatus Sopron iensis, annosque duodeviginti natus Ordini seraphico nomen dedit an. 1722, ordinatus presbyter an. 1728. Officio Lectoris, Custodis, et postea Definitoris eximie functum in Capitulo Mariano Pratensi an. 1750. Provincialem elegerunt; interiecto paucorum annorum spatio idem Ministerium rursus suscepit an.

1759. Circiter hoc tempus designabatur pro Commissario Provinciae S. Capistrani.

Edidit:

1°. *Vég nélkül való Nagyság, melyet Istenben boldogult Méltóságos Groff Galánthai Eszterházi József Ur Ő Excellentiája, Országunknak Érdemes Birája Frakno és Tata várának Örökös Groffja. Felséges Aszszonyunknak Belsö titkos Tanátsa, Generalis Hadi Marschalkja, Felséges Hely-tartó Királyi Tanátsnak Érdemes Tagja, Septemvirális Királyi Fő Törvényes Tábla Egygyik Birája T. N. Komárom Vármegyének Fö-Ispánnya, Dunántúl-való Tartományoknak Generalis Commendansa éltében magának szerzett. Holta után pedig Midön Szabad Királyi Kulcsos Poson Városában, Pater Franciscanusok Templomában 1748-dik Esztendöben, szent Jakab Havának 3-ik napján, végső halottas tisztelete 's szomoru Gyászos Pompája tartatnék, élő nyelvel hirdetett egy Sz. Ferencz rendén levő Szerzetes. Az elöljárók engedelmével.* Posonii typis Ant. Franc. Royer, fol. pag. 38.

Hic inter ceteras salubres Constitutiones et illud induxit, ut iam omnibus Conventibus, semel per mensem, ad amplificandam Dominicae Passionis memoriam, et lucrandas indulgentias, Via Crucis asservetur*); huiusque facilius et eadem methodo servandae gratia ipse libellum composuit, et typis imprimi fecit sub titulo:

2°. *Via Sacra, seu exercitium Viae Crucis Dolorosae, ducentis ad montem Calvariae, in quo*

*) De ortu exercitii Viae S. Crucis instrui cupiens ad librum P. Odorici Balázsovits „Brevis historia Conv.“ etc. pag. 10 et seq. remittitur. (Vide inferius: P. Balázsovits Odor.)

Deus-Homo pro salute humani generis crucifixus et mortuus est. Jam dudum cunctis Crucis Christi amatoribus praesentata, novissime per Marianum Minoritam sacerdotem quattuor modis practicis illustrata, et ad usum FF. Min. Ordinis Seraphici Reform. Provinciae S. Mariae Hungariae accomodata. Ex Superiorum permissu, typis data. Tyrnaviae 1763. 12°. pag. 142. (Annis subsequis saepius recusa Posonii et alibi.)

Reliquit praeterea ineditum:

Diarium itteneris romani, per Patrem Modestum Dominkovits, Provinciae S. Mariae Hungariae Definitorem actualem, et pro generali Capitulo Romano Custodem electum, in progressu viae connotatum, ac dein pro futura rerum ac locorum reflexione, descriptum Posonii, anno Jubilaei M. D. C. C. L. Mense X bri. 4°. pag. 109.

(Bibl. Conv. Pesthien.)

Meritorum plenus cessit e vivis Posonii an. 1770 die 27. Martii.

XXXIX.

P. Tóth Fabianus.

Tóth Fabianus, vitae usuram accepit in Völcse Com. Sopron. Ordini annos natus 20. adscribitur an. 1725, sacerdotio an. 1729. initiatur. Praedicator Generalis.

Auctor est librorum:

1°. *Exercitia S. Ignatii.* Sopronii an. 1753. (versio in hung.)

2°. *A keresztfán függő Jézusnak a bűnös ember szivére ható szólása.* Sopronii 1755.

3°. *Egy kötés Mirrha.* Sopronii 1756.

Recensetur inter Scriptores Hung. in *Magyar Irók É-gyüjteménye.* Pestini 1858. pag. 354.

Obiit an. 1764 die 2. Nov. Sopronii.

XL.

P. Miskovits Cyrinus.

Miskovits Cyrinus, in Nahács anno 1711. natus, regulam seraphicam solemnibus votis professus est an. 1732. sacros Ordines, philosophicis studiis emensis, suscepit an. 1735. In Theologia Lectoribus Raymundo Szent-györgyi et Antonino Steinsiess, illo gestis in Provincia muneribus claro, hoc in theologicis versatissimo usus, animum ad Lecturam adiecit, exactoque cursu clericali, Budae Philosophiam triennio nostrates docuit; ab anno autem 1746. Ss. Canonum egit Lectorem. Anno 1750. a cathedra lectorali dicendis slavicis concionibus totum se devovit.

Auctor est libri:

Novum Florilegium selectissimarum precum, quod honorI aC VeneratIonI DeI VerI, VnIVs In sVbstantIa et essentIa, trInI In personIs saCratVM. In Conventu Budensi — — dum e spinis logico scotisticis extricarentur — — odorandum auditoribus

obtulerunt Rel. FF. Maurus Menyhért et Theodosius Gartner, assistente Rel. P. F. Cyrino Miskovits AA. LL. et Philosophiae Lectore ordinario. Budae. Typis Veronicae Notticenstein Viduae. pag. 171.

Obiit 1763 die 12. Februarii Tyrnaviae.

XLI.

P. Csák Gerardus.

Csák Gerardus, e nobili et antiqua prosapia Keszthelyini an. 1711. natus, Ordini septemdecim annorum iuvenis nomen dedit, atque presbyter ordinatus an. 1735. Eodem tempore, quo, utpote Lector Ss. Canonum, theologicas disciplinas alumnos Ordinis docuit, officio etiam Concionatoris fungebatur Posonii, et non exigua fama potitus. Abdicata dein cathedra Lectoris, Sümeghinum se contulit, et pro rostris sacris desudabat, et titulo Praedicatoris Generalis insigniri meruit. — Hic loci an. 1778 die 5. Maii desiit vivere.

Librum edidit:

Kedves, Mert Ritka Nemes Hármas Levél, Az Az Szent Ferencz Atyánk harmadik Szerzetének három Részből álló rövid Summája, Mellynek első Részében a Tertiáriusok Regulája, melly XI. és XII. Innocentius Szentséges Pápáktól confirmáltatott: azoknak Statutumi, az ő Magyarázattyokkal együtt, ismét mód, mi módon vetessenek bé az Atyafiak ezen harmadik szerzetbe: mi módon öltöztessenek-fel, eresztessenek a' Professiora: és mi módon

tartassanak az Atyafiaknak Holnap-számi Gyüleke-zettyek, előhozattatnak. A' második Részében a' Tertia-riusoknak 12 Dicsősségi, örökös Kalendariomja, azon Indulgentiákkal együtt, mellyeket a' Tertiariu-sok elnyerhetnek: ismét ezen harmadik szerzetnek minden szentei, az ő életeknek rövid fel-jegyzésével, és ő hozzájok intéztetett imádságokkal hozzá-adatnak. A' harmadik Részében elő-adatik a' mód, mi módon Kellyen a' Tertiáriusoknak a' Breviariumot szentől elmondani, mellyhez külömb, külömb-féle áitatos in-tések, elmélkedések, jóságos cselekedetek, hozzá-adat-nak, melyekben az Atyafiak minden-nap gyakorol-hattyák magokat; ezeken kivül az estveli Lelki szám-vétel, a hét Poenitentiatartó zsoltárokkal, és a' Sz. Keresztről való Officiummal együtt hozzá-foglaltat-nak. Mellyet Az elött Seraphicus Sz. Ferencz Szer-zetebéli F. P. Kazenberger Kilián az Argentinai Recollectusok Provinciájának jubilátus Lectora és Deffinitora német nyelven kibocsátott, most pedig ugyan azon Sz. Szerzet Magyar-Országi Boldog-Aszszony reformáta Provinciájának egy méltatlan Tagja által nemzetünk kedvéért leg-elsőben Magyarra fordéttatott. Posonii 1744. Typis Pauli Royer. 8°. pag. 332.

Recensetur inter Scriptores Hung. in *Memoria Hungarorum* etc. Viennae 1775. P. I. pag. 441; porro in *Magyar Irók É-gyüjteménye.* Pestini 1858. pag. 34.

XLII.

P. Kósa Eugenius.

Kósa Eugenius, an. 1714. Jaurini natus, Malaczkae tyrocinium Instituti franciscani an. 1730. exegit, sacrum an. 1738. suscepit presbyteratum. Primum philosophicorum, dein theologicorum studiorum pluribus annis tam egregie indefessum egit Lectorem, ut fatigiorum proemiandorum gratia Definitor Provinciae creatus fuerit. Provinciam S. Bernardini Austriae delegata potestate canonice visitavit an. 1762, duosque post annos Commissarius Visitator Generalis Provinciae Ss. Salvatoris extitit. Provinciae Marianae an. 1768. Minister prima, anno vero 1777. vice altera factus Provincialis. Studiis philosophicis et theologicis excultus laudatur. Deflorator annalium eius in Schem. an. 1851. pag. 109. de eo sic refert: „Expleto Ministeriatus (secundi) triennio, vir hic magnae sagacitatis totus se Provinciae dicavit, opus coeptum summe arduum continuaturus ad apicemque deducturus, non parcendo aetati attritae, munus Antiquarii Provinciae in se assumsit, Acta et Historiam Provinciae indefesso conamine ad lumen facis criticae serie chronologica dextre nexuit, sedulaque solertia primus in systema redegit, cuius piissimam mortem etsi necrologium his verbis: „apoplexia tactus subito exspiravit Posonii an. 1783 die 25. Aprilis“ parco et sordide avaro notaverit calamo, operata et tabellae tamen eius doctae, a nobis nunquam satis recolendae et custodiendae, fati, in benedictione

quiescentis memoriam monumenti instar perennantem, gratae posteritati reservabunt venerandam.“

Integer manuscripti titulus est:

Fratris Eugenii Kósa Antiquarii Provinciae S. Mariae in Hungaria Ord. Min. S. P. N. Francisci Strict. Observantiae Collectanea, quorum partes: prima: Provinciam ipsam, altera modernos Conventus, tertia abalienatos et desolatos exhibent ab anno Aerae Christianae 1206. ad annum usque 1774.

Opus hoc (in folio, pag. 631) publicae quidem luci fuit destinatum, ast patrono pro ferendis typographiae expensis non invento, in pluribus exemplaribus, quorum unum in Archivo Provinciae custoditur, ipse auctor nitide describi fecit.

Citatur in *Germania Francisc.* P. Vig. Greiderer, t. 1. pag. 167. et seqq.; in *R. M. Nyelvemlékek,* Budae 1846. cl. 1. pag. XXXIV. XXXV; in *Margitsziget tört.* Cassoviae 1875 f. III. IV. pag. 149; memoratur in *Kathol. Néplap.* Pestini 1870. nro. 23.

XLIII.

P. Sosterics Jeremias.

Sosterics Jeremias, an. 1714. natus in Kisbarom, regulam S. Francisci votis solemnibus an. 1734. professus, ordinatus presbyter an. 1738. Hic ultra 30 fere annos laudabili zelo egit Novitiorum Magistrum, dicique potest, omnem vitam suam educandae pubi religiosae cum patientia et voluptate consecravisse. Multis etsi sui

ardui muneris occupationibus nimium detentus, tamen calamo etiam functus est, praeterque alia scripta, quorum mentio quaedam occurrit, at quae aetatem non tulerunt, existunt libri precum ab eo concinnati patrio suo idiomate, prelo subiecti:

1°. *Duhovni Vertlyacz.* Jaurini 1746. 8°.

(Recusus etiam Sopronii anno adhuc eodem).

2°. *Marianszko Czweche Selézni Pri Kalvarij pobrano, i Mary offrovano, To je: Pobosne Molitve I duhovne Jacske (kako lipó dusseche czweche) od jednoga iz Réda Franciskanszkoga kod briga Kalvarie prebivajuchega Massnika szkupa pobrane, i B. D. Marij (ke milosztivni kip na recsenoj Kalvarij z-nogim precsudvim zlamenyem czvasti ne presztajé) ponizno offrovane. Cum Licentia Superiorum.* Sopronii 1781. Typis Jos. Sziesz 12°.

(Operis huius posthumi auctor in calce praefationis initialibus: Fr. J. S. etc. designatur).

Recensetur inter Scriptores Hung. in *Memoria Hungarorum* etc. ab Alexio Horányi. Posonii 1777. P. III. pag. 290.

Vir summae devotionis, mortificationis, domi forisque vitae sanctitate clarus, ad aeternitatem abiit in Pratis Marianis an. 1770 die 28. Aprilis.

XLIV.

P. Hajdics Eusebius.

Hajdics Eusebius, Jaurini an. 1715. natus, Instituti nostri habitum an. 1734. indutus, Sacris initiatus Jaurini an. 1740. Concionator variis in Conventibus extitit usque annum 1768. quo, Praedicatoris Generalis titulo decoratus, Guardianus Papensis, anno vero 1775. Albensis fuit electus. Anno uno etiam Cathedralis Concionator Jaurini ordinarius. Obiit an. 1783 die 18. Aprilis Papae.

Typis edidit:

Antidotum Spirituale. Lelki Orvosság Az Az A' Végső Itéletről Való Emlékezet, Mellynek Hasznos, és üdvösséges voltát Nemes Szabad Királyi Pest Várasában Alkantarai Sz. Péter Tiszteletére felszentelt Pater Franciscánusok Templomában Szerafikus Szent Ferentz Redén lévő P. F. Eusebius Hajdics, a' Maggar Országi Boldog Aszszony Provintziának egy méltatlan Prédikátora 1769-dik Esztendőben Szent Jakab Havának 9-dik napján élő nyelven számos Uri, és köz-Renden lévő Halgatóinak tsekély tehetsége szerint elejbek terjesztette. És Most Tekéntetes Nem. Nemz. és Vitézlő Beniczky István Urnak Felséges Tsászárunk, és Koronás Királynénk Tanátsának, és a Felséges Királyi Tábla edgyik Birájának buzgó kivánságára, s-keltségére nyomtatásban kibocsátott. Az Elő-Járók Engedelmével. Pestini 1769. 4^{0}. Typis Ritzenbergerin. (pag. E.)

XLV.

P. Révay Franciscus.

Révay Franciscus, patria Verboviensis, ex antiqua et praenobili Liberorum Baronum de Réva, patre Barone Balthasaro Révay, matre Theresia Schlospergen an. 1715. prognatus, relictis maiorum suorum ceris, pauperem seraphici Ordinis vestem induit Malaczkae an. 1732. Emensis philosophicis et theologicis studiis, ordinatusque presbyter an. 1739. pro Lectore Theologiae fuit applicatus; quoniam vero erroneis philosophandi et interpretandi principiis, illo praecipue seculo ortis, ita se imbuerat, ut in favorem haereticorum *librum* edere (testibus Actis Capitul. an. 1758.) non horruerit: copia nostrates in theologicis instituendi ipsi ademta fuerat; Roma, defendente causam A. Eppo Pragensi, suspicionis haeresis absolutus, post sex annos in severa ac spontanea poenitentia exactos, an. 1766. eodem Lectoratu defungi permittebatur.

Auctor est sequentium operum ineditorum:

1°. *Nova Legenda Sanctorum, singularibus gratiis et praerogativis a Deo insignitorum, ex Surio et veteri Aurea Legenda, aliisque probatis Vitae Sanctorum Scriptoribus claro et succincto stylo compillata per Franciscum Révay, Ord. Min. S. Francisci Proae. S. Mariae Hung. Theologum.* Anno Domini 1749. 8°. pag. 400.

In praefatione tantum vult auctor originalis videri huius operis, quantum ea, quae in magnis codicibus

sparsim, longe lateque diffusa, item quae in antiquis typo gothico mendose et obscure scripta reperit, breviter et clare currenti calamo reddidit. „Fateor — ait — me in stylo haud laborasse, nisi fors incidenter, et ubi dignitas rei, aut energia dicendorum exacuit calamum.“ — Dein

2⁰. *Felicissimi secundo aurei seculi Annus Sententiosus 1747. quot alias diebus, tot idem paragraphis lectissimarum sententiarum distinctus, in quo Naturalium et Supernaturalium concors discordia duorum terminorum „Sustine et Abstine“ theorica simul et practica significatione illustratur et foederatur. — Auctore Fr. Francisco Révay, Ord. Min. Prov. S. Mariae in Hungaria Ss. Theol. Lectore actuali.* 8⁰. pag. 659.

(Utrumque opus superest in Bibl. Conv. Poson.)

3⁰. *Nucleus verae pietatis et scientia Sanctorum, e Ss. Patribus, piisque auctoribus compositus a P. Francisco Révay, Ord. Min. S. P. Francisci Ref. Prov. S. Mariae Hung. Theologo.* Anno 1760.

(Extat in Bibl. Conv. Budapest.)

4⁰. *De Stultitia propter Christum. Dialogus inter G. M. S. — Gloriosum Mundi Sapientem. — S. P. X. — Stultum propter Christum. — D. S. A. — Discipulum Sapientiam anhelantem. — Auctore Stulto propter Christum. Anno 1769. Ad Cucull. et Calep. e aratus inter Fagos et Quercus, in Provincia Hungariae S. Mariae. — — — a P. Francisco Révay.* 4⁰. pag. 126.

(Bibl. Conv. S. Ladislai.)

Quid auctor hoc opere intenderit, e subsequa epistola, quam ipse *Clavim Dialogi* inscripsit, videtur:

Plus, minus annis 8. continuis humillime ac instan-

tissime precabar Dominum, *pro Scientia Sanctorum et vera coelesti Sapientia*, ut cognoscerem: *qua via et modo efficaciori una mecum peccatores, signanter haeretici ad Christum converti, et ad verae fidei coelestem Sapientiam reduci possent?* Hinc diu, noctuque in divinis meditabar Scripturis. Tandem *ex Apostolo*, cuius Epistolis delectabar vehementer, (per eiusdem, ut confidebam, apud Christum intercessionem) cognovi certam, facilem et compendiosam *ad Scopum* perveniendi viam esse: nimirum, *libenter amplecti, et amare Stultitiam propter Christum, nobis imputatam a Mundi Sapientibus.* Nam, ut ait Paulus 1. Cor. 1. 21. *Quia in Dei Sapientia non cognovit Mundus per Sapientiam Deum: placuit Deo per Stultitiam Praedicationis salvos facere credentes.* Hinc et subiungit cap. 4. 10. *Nos stulti propter Christum.* Consideravi miserabilem statum haereticorum: quod *per Sapientiam,* id est: per doctissimas magnorum virorum, *Bellarmini, Beccani, Kazembergeri,* et aliorum controversias, veritatem catholicam agnoscere nolint; forte complacuit, Deo, *per Stultitiam propter Christum breviter enucleandam,* eos ad ovile Christi reducere. Quoniam vero constat: haereticos nullum fidei principium, praeter Verbum Dei scriptum (ut ut perperam ab eis interpretatum) admittere: idcirco *(ut suismet armis petantur)* totum hocce opusculum e sacris deduxi Literis, et clarissimis atque innegabilibus, per 8. et amplius Alphabeta, citatis et explanatis textibus stabilivi. Particularia haereticorum dogmata, diversaque tot sectarum sentimenta examinare, non est mei nunc propositi: sed *in universum radicem omnis haeresis evellere* conor; et (quantum dedit Dominus) *oppono Spiritui haeretico*

Spiritum vere orthodoxum. Itaque per *Mundi Sapientiam* intelligo *Spiritum haereticum;* per *Mundi Sapientes* intelligo *haereticos,* nonnunquam *Pseudo-politicos.* Per *Stultitiam propter Christum* intelligo *Spiritum Catholicum et coelestem Sapientiam.* Per *Gloriosum Mundi Sapientem,* intelligo *Celeberrimum Doctorem Lutheranorum,* et Professorem Primarium Vittembergensem, totiusque Circuli Saxonici Superintendentem Generalem, *Carolum Hoffmannum,* qui multis admodum sannis, scomatibus et sarcasmis ex Cathedra debachatur adversus Papam, et Sanctos, et quos appellat Papistas, signanter Monachos cucullatos. Potiora eius dicteria, sub titulo G. M. S. affero: et sub titulo S. P. X. redarguo *Magna Philosophorum Animalia,* quibus abundat Septentrio, ubi est opportunum, perstringo. Sanam non impugno Philosophiam, sed *abusum Philosophiae, praesertim recentioris Volffianae, hoc seculo circa medium natae,* qua nimis gloriantur haeretici, cuius et *Methodum,* videlicet *Mathematicam* nituntur in Theologiam et Sacras Literas invehere. De reliquo: An fecerim operae pretium? et scopo satisfecerim? *evacuando, aut saltem enervando Spiritum haereticum,* per *oppositionem Spiritus vere Catholici?* Sapientum esto iudicium. Existimo enim, prostrato semel Spiritu haeretico, dogmata eorum corruere, viamque sterni facilem et compendiosam tuendi, vel amplectendi fidem catholicam. Hunc in finem opusculum Censurae theologicae Provinciae nostrae Mariano-Seraphicae humiliter substerno. Dignetur, per se primo, Adm. Rda Paternitas Vestra, hoc exile scriptum benevolis perlustrare oculis, Deinde primam, si ita placuerit, Censuram A. V. P. Guardiano nostro, Simeoni Bosnyák, quondam Lectori meo, committere. Alteram vero Censu-

ram, cuicunque libuerit, demandare. Post meam conversionem, et per ipsam conversionem, et gratias a Deo datas, vere gratus agnosco verissimum esse illud effatum S. Augustini: *Maluisse Deum ex malis bona eruere: quam, nulla esse in mundo mala, permittere.* His persevero in Sacra Eremo S. Ladislai, ipso die Sacratissimi Corporis Christi, 25. Maii. Anno 1769. Humilis in Christo Frater et Subditus Fr. Franciscus Révay, m. p.

Ultimum vixit diem in S. Antonio 26. Aprilis 1774.

XLVI.

P. Palkovics Godefridus.

Palkovics Godefridus, natus in Zillingthal Comitatus Soproniensis an. 1715. solemnibus votis Ordini an. 1736. se obstrinxit, in philosophicis Gerardum Csák Jaurini, in theologicis Modestum Dominkovits et Ferdinandum Hasz Posonii audiit, presbyteratus Ordinem an. 1739. suscepit. — Pietati promovendae non verbo solum, qua Praedicator Generalis ad concionem dicendo intentus erat, sed necessitatibus fidelium spiritualibus etiam opere succursurus, croatica lingua edidit libros precum:

1°. *Duhovni Vertlyacz z-trimi Rósiczami Va Novom Gradu, od Duhovnih Szinov Réda Szvetoga Ferencza. nakincsen Bogu Y Marii Offrovan, Ter Otczu Szerafinszkomu darovan. Va kom sze nahajaju pobósne Molitve ugódne Jacske, y lipi Nauk kertchanszki. Cum Permissu Superiorum.* Sopronii 1753. Typis Jos. Sziesz. 12°. pag. 318. (In praefa-

tione se subscripserunt auctores: P. Laurentius Bogovics, ter P. Godefridus Palkovics, Horv. Prod.)

2⁰. *Duhovna Kiticza, ka je na Novom Gradu lipo czvala, pak je vecha zraszla, iz jacskami nakincsena Selézni pri Diviczi Marii po szkerbi i trudu P. Godefrida Palkovicsa Másnika Réda Ss. Ferencza, Cum permissu Superiorum.* Sopronii 1760. 8⁰.

Recensetur inter Scriptores Hung. in *Memoria Hungarorum* etc. ab Alexio Horányi. Posonii 1777. P. III. pag. 3.

Defunctus Sabariae an. 1778 die 19. Martii.

XLVII.

P. Király Demetrius.

Király Demetrius, natus Jaurini an. 1716, probationem seraphicam in Conventu S. Catharinae exegit an. 1733. ordinatus presbyter an. 1740. Tyrnaviae. Concionator.

Auctor est sermonis sacri tacito nomine editi:

Böltseséggel Gyámolétott Imádság, Az Az: Kereszt-Járó Napok Alkalmatosságával. Istennek Neve dicséretére, Jónak közönséges kérésére, Ártalmasnak el-üzésére, Öszve Seregeltt Egyházi, Szerzetes, és Világi Rendnek Buzgó Könyörgése, Könyörgö, Esedezése, Melly Midön Szabad Királyi Pozsony Városában, Szent Márton Templomából, Szent Klára Rendén lévő Apácza Szüzek Templomába zászlók vezetése alatt által költözne, Azt Szerafikus Szent

Ferencz Szerzetebéli Boldog Aszszony Provintziajának egy méltatlan Predikátora, a' megnevezett Szüzek Templomában 1758. Esztendőben Pünkösdt Havának harmadik napján élö nyelven meg-magyarázta, és most Maki István Uram Kérésére Ki-Nyomtattatta. Az Elöl-Járók Engedelmével. Posonii 1759. Typis Joan. Mich. Landerer. 4⁰. pag. B 3.

Obiit Andocsini an. 1773. die 27. Junii.

XLVIII

P. Csintó Remigius.

Csintó Remigius, e Bacsfa Insulae Cituorum an. 1719. oriundus, vestem religiosam in Conventu S. Catharinae induit an. 1737. sacrum presbyteratum an. 1744. Jaurini suscepit. Lector Theologiae.

Tacito nomine edidit librum precum:

Pii hominis catholici preces miscellaneae, quas privato primum usui collectas, nunc fovendae aliorum etiam pietati publici iuris fecit, ac demum Auditoribus obtulit, dum Assertiones ex primo Sententiarum De Deo Uno et Trino ad mentem Doctoris Subtilis Joannis Duns-Scotti sub Munificis Anspiciis Generosi ac eximii Domini Matthaei Michaeler, Patroni ac Mecaenatis sui Gratiosissimi Colendissimi In Conventu Jaurinensi Patrum Franciscanorum ad D. Stephanum Proto-Martyrem Anno 1753 Mense Julio die 19 publice propugnaret P. Isaac Rotth Ord. Min. S. P. Fr. Ref. Prov. S. Mariae in

Hungaria Professus SS. Theol. in annum tertium Auditor. Praeside P. Remigio Csintó dicti Ordin. ac Prov. SS. Theol. Lectore ordinario. Jaurini. Typis Gregorii Streibig Typograph. 8⁰. pag. 123.

Obiit an. 1755 die 17. Decembris Posonii.

XLIX.

P. Bogovich Laurentius.

Bogovich Laurentius, ortum habuit in Nagybarom Comitatus Soproniensis an. 1721. Ordini nomen dedit an. 1742. ordinatus presbyter an. 1746. — Vir summae pietatis et regulae S. Patris Francisci observantissimus. In S. Gotthardo apud PP. Cistercitas, e Conventu Németujváriensi pro laboribus spiritualibus absens, moritur an. 1789 die 12. Januarii.

Patrio suo idiomate edidit librum:

1⁰. *Hisa zlata z márlyivim trudóm z velikum szkerblyum uzidana. Pri sz. Brigu Kalvarie ad P. Laurencziussa Bogovicsa Marianszke Provinczie Réda sz. Ferencza Szerafinszkoga Nedilynoga Horvátszkoga Prodikácsa, Blázsenvi Diviczi Marii Selezánszkoi offrovana, ter szvetomu Otczu Szerafinszkomu preporucsená, za obatrenye pobosnoga horvátszkoga Národa va koi sze nahájaju izibrane molitve, officziumi, Litanie, Blatinsztvo. Blagoszlavi Krizsni Pút, ugodne jacsko zerczalo k Szpovidi. Cum permissu Superiorum.* Sopronii 1755. 8⁰. pag. 562.

(Novissimis typis prodiit Sopronii 1848.)

Cum cooperatione P. Godefridi Palkovics publica luce donavit:

2^{0}. *Duhovni Vertlyacz* etc. (reliqua vide apud P. Godefrid. Palkovics pag. 76. nro. 1.)

Recensetur inter Scriptores Hung. in *Memoria Hungarorum* etc. Viennae 1775. P. I. pag. 314.

L.

P. Bakits Ernestus.

Bakits Ernestus, ortum habuit in Sasvár an. 1722, Ordinem seraphicum an. 1741. amplexus, an. 1745. presbyter ordinatus. Plurimum vitae tempus in adiutorio spirituali in Parochiis transegit.

Opus eius manuscriptum inscribitur:

Sermones funebres mortalibus pro assequenda cum divino auxilio feliciori morte concinnati, nunc ex germanico in slavicum idioma versi opera Pris. Ernesti, Ord. S. Francisci Ref. Prov. S. Mariae in Hung. Anno 1781. Nitriae. 4^{0}. pag. 297.

Accedit *Appendix* referens aliquot exempla funebrium allocutionum. Continet Conciones fun. 47. (Bibl. Conv. Tyrn.)

Aeterna petiit an. 1785 die 26. Januarii Érsekujvárini.

LI.

P. Gartner Theodosius.

Gartner Theodosius, natus an. 1723. in Pratis Marianis, novitiatum Malaczkae ingressus an. 1740, sacros Ordines Jaurini suscepit an. 1746. — Primum Philosophiae, dein ab an. 1751. Ss. Canonum egit Lectorem. Obiit Budae an. 1768 die 11. Augusti.

Tacito nomine edidit excerpta:

Proverbia e Regum Sapientissimi effatis selecta, quibus diligenter perlectis et observatis, tam semetipsum quilibet sapiens, quam alios tutissime gubernabit. Tyrnaviae 1752. Typis S. J. 12°.

LII.

P. Mocskó Lazarus.

Mocskó Lazarus, natus Radosnae anno 1726. Ordini ingremiatus est an. 1747. annos natus unum et viginti, an. 1750. factus presbyter. — Concionatoris munere septennio defungens, an. 1757. ad Szegszárd deputatur pro Missionario, atque annos quattuor perduravit ibidem. Anno 1761. Szegszárdino Tyrnaviam pro Concionatore slavico repositus. De isto Schematismus an. 1851. pag. 110. sic refert: „Anno 1781. P. Lazarus Mocskó finem imposuit suis *Occupationibus* quibus in

Historia Ecclesiastica, et Regum Hungariae, nec non Archi-Episcoporum Strigoniensium gestis tempore, aliquantisper ab impositis alias sibi muneribus vacuo, sese occupabat. Manuscriptum hoc grande et vastum ad praesens benignum flagitat Mecoenatem.“ — Hoc opus actu in Bibliotheca Conventus Érsekujváriensis asservatur, forma est in folio, titulum prae se fert:

Occupationes P. Lazari Mocskó.

Obiit an. 1791 die 23. Februarii Érsekujvárini.

LIII.

P. Takács Antonius.

Takács Antonius, Strigonio oriundus, duodeviginti annos natus seraphica veste an. 1745. indutus, ad presbyteratum an. 1749. promovetur. In diversis Conventibus egit Concionatorem, cumprimis autem Andocsini; qua Administrator in Faisz vertit in hungaricum et sub anonymo publicavit:

Lelki-Isméretnek ösztöne, az az: egy titkos értelmü Tövisses Kert, mellyben a nyolczad napig kesergő buzgó áhétatos Lélek tsendes nyugodalommal, és meg-sebhett kesergő szivel köteles hivatallyáról meg-emlékezvén magánossan munkálódik, és a Mennyei Serafimokkal Istenessen beszélgetvén eltöltött idejének napjait, és sokféle fogyatkozásokkal tellyes életének zürzavar óráit számban veszi. Azt, a mi abban héjánossan nőtt ki-irtya, ki-gyomlállya, és meg-ujulandó, szépen illatozó üdvösséges jó plán-

tákkal ujra bé-plántállya, meg-igazéttya. Elsőben jött ez világosságra Deák nyelven a most folyó Saeculumnak vagy-is századik Esztendőnek harmintz harmadikában T. Pr. Fr. Aemilianus Nieberle Fölső Németh-Országi Szerafikus Szent Ferencz Provincziabéli Szerzetesse által, most pedig ugyanazon Szent-Atyának Magyar-Országi Boldog Aszszony Provintziabéli Fő Tisztelendő, s nagy érdemű Pater Próvinciálissa engedelméből egy méltatlan szolgája Magyar nyelvre forditotta többeknek is lelki vigasztalásokra. Jaurini 1770. 4⁰. pag. 218.

Obiit an. 1805 die 7. Aprilis Andocsini.

LIV.

P. Csehy Josephus.

Csehy Josephus, an. 1730. in Csukárd natus, novitiatum an. 1749. subivit, presbyter an. 1753. ordinatus. E studiis emancipatus duos annos praeparationibus pro philosophica cathedra impendens, Nitriae apud nostrates quinquennio Philosophiam profitebatur, de qua ad Theologiam translatus, ab an. 1762. usque 1772. Ss. Canonum egit Lectorem; dein annis 1777. 1778. 1779. Consistorialis S. Sedis Strigonii, et 1782. Albae. Postquam in pluribus Conventibus Superioris munus obivisset, infirma pressus valetudine, in S. Ladislaum se contulit, ubi supremum vixit an. 1791 die 12. Junii.

Acri in disputationibus ingenio valuisse, sequens elucubratio inedita testatur:

Deliria seu Impiae et Fatuae Opiniones Incredulorum huius temporis, utpote Deistarum, Naturalistarum, nec non aliorum Indifferentistarum et Tolerantistarum detectae et confutatae per peculiares Dissertationes, opera ac industria R. P. Josephi Csehy Ordinis Fratrum Min. S. P. Francisci Strict. Obs. Prov. S. Mariae in Hungaria Ss. Theolog. olim Lectoris Emeriti. fol. pag. 136. (Bibl. Conv. Mariano Pratensis.)

LV.

P. Saárváry Stephanus.

Saárváry Stephanus, natus in Csepreg an. 1730. Ordinis probationem Malaczkae egit an. 1749. presbyter ordinatus an. 1753. Fungebatur concionibus in pluribus locis, donec desiderio Terram S. videndi incensus, an. 1763. Jerosolymam abiret; post exactos in S. Civitate annos tres, munus concionatorium recepit. — Edidit:

1°. *Örök életre vezetgető TÁBLA, a Serafikus Szent Ferencz Penitentziatartó Harmadik Szent Szerzetének IV-dik Miklós Szentséges Pápától 1289-dik esztendőben megerősittetet, és az utánna valóktól jóváhagyattatott REGULÁJA, Mely Szabad Királyi Nemes Nagy-Győr Városában 1770-dik esztendőben az ELSŐ Magyar Nemzetbéli Férjfiak, s Aszszonyok neméből való próba esztendőben lévő ájtatos TERTJÁRJUSOKNAK, KIK. Tulajdon Házaikban laknak, éppen, s egyenessen, őket illető rövid, és*

értelmes magyarázattal az ő akkorbéli P. Directorok iparkodásából, az Elöljárók engedelmével kezekbe adatott. És magok költségén (a változandóknak egyenes változásával) harmadszor kinyomtattatott. Jaurini 1770. Typis Greg. Joan. Streibig. 8⁰. pag. 474.

2⁰. *Szent Ferencz harmadik rendje.* Jaurini 1770.

Humana reliquit Sabariae die 18. Januarii 1784.

Recensetur inter Scriptores Hung. in *Magyar Irók É-ggüjteménye.* Pestini 1858. pag. 267.

LVI.

P. Vászolits Sidonius.

Vászolits Sidonius, e Pailgrom, possessione Comitatus Sopronensis oriundus, an. 1753. novitiatum intravit iuvenis annorum undeviginti, Sacris an. 1758. initiatus. E studiis emancipatus, dum per plures annos, ob copiam individuorum, quoddam officium, quo fungeretur, frustra expectaret, iteratis petitionibus licentiam Terram Sanctam inhabitandi .obtinuit. Transactis in Palaestina annis quinque, reversusque in patriam an. 1774. mox Németujvárini Concionatorem croaticum, paulopost Capellanum variis in locis egerat. Conventum Mesztegnyensem, cui binis vicibus praefuit, sesquianno ante cassationem deserens, Neo-Aradinum concessit, et hic loci qua Capellanus hospitii militaris supremum diem obiit 14. Novembris an. 1789.

Ineditum reliquit opus inscriptum:

Genuina Descriptio Terrae Sanctae. Ex variis

Authoribus, nec non Scriptoribus solicite excerpta, simul iter per Mare et Terram confectum per P. F. Sidonium Vászolits Alumnum Provinciae S. Mariae in Hungaria. Ord. Min. S. P. Francisci. Anno 1770. 4°. (Bibl. Conv. Poson.)

LVII.

P. Hann Bonaventura.

Hann Bonaventura, natus Posonii, iuvenis 18 annorum vestem religiosam sumsit an. 1751 sacerdotio an. 1756. initiatus. Philosophicis materiis tractandis, qua Lector, constitutum tempus exigens, theologicis applicatur. Factus Guardianus Conventus Budensis, in Praesidio siti, tristem suae curae crediti abolitionem experiri cogebatur an. 1786; ex abolito Conventu Weszprimium translatus, munere Consultoris Provinciae iam antea etiam annis paucis gesto, brevi respirio fruebatur, quin studium pietatis, cui editis olim scriptis promovendae intentus crat, nunc viva voce, atque exemplo, qua adiutor spiritualis in Urkut, augendae intermitteret. — Obiit in Urkut an. 1800 die 17. Aprilis.

Operum publica luce donatorum extitit auctor sequentium:

1°. *Monasticae vitae felicitas, publica oratione celebrata, dum Cels. S. R. J. Princeps Nicolaus Eszterházy de Galantha etc. cum potiori excelsae familiae parte Ven. Religiosos Ord. Min. S. P. Franc. S. Obs. Ref. Prov. S. Mariae Hungariae*

ex antiquo ad noviter exstructum S. Mont. Calvariae Conventum Kismartonii anno 1766. die 30. Julii solemni ritu introduceret. Per P. F. Bonaventuram Hann, eiusdem ordinis et Provinciae Ss. Theologiae Lectorem et Concionatorem dominicalem ordinarium. Posonii 1766. 4⁰.

2⁰. *Stimuli amoris ex consideratione beneficiorum Dei, spiritualium exercitiorum occasione excitati Anno 1767. et per subsequos annos magis in cor adacti per F. B. H. Ord. S. Francisci Provinciae S. Mariae Hungariae Sacerdotem.* Weszprimii 1767. Typis Michael Sammer. 8⁰. pag. 354. (Postea saepius recusos.)

3⁰. *Sermones Sacri in Dominicas totius anni.* 1784.

4⁰. *Sermones de mysteriis patientis Salvatoris.* 1784.

5⁰. *Sermones in festa totius anni, seu Haberkorn versus in latinum.* Augustae Vind. 1785. Tom. 3.

Ineditus habetur ab illo:

Tractatus Theologicus scholastico-dogmaticus ad mentem Seraphici Doctoris Divi Bonaventurae et Subtilis Joannis Duns-Scoti, secundum elenchum quaestionum a R. P. Ministro Generali totius Ordinis S. Francisci constitutum ac transmissum, et a Ven. Diffinitorio Almae Provinciae S. Mariae Hung. in usum duorum Lectorum redactum. -- Per Fr. Bonaventuram Hann Ord. S. Francisci Prov. S. Mariae Hung. Strict. Obs. Ss. Theol. Lectorem ordinarium.

(Opus integrum 6 libris absolvitur, quorum I. agit de Poenitentia, Extr. Unctione, Ordine, Matrimonio;

II. de Virtutibus Theologicis, uti et de regulis fidei; III. de adorando Trinitatis Mysterio, Angelis, ac Deo Creatore; IV. de Sacramentis in genere, et tribus primis in specie; V. de Deo uno; VI. de Gratia. 4^{0}. pag. 777. Bibl. Conv. Weszprim.)

LVIII.

P. Volffich Raymundus.

Volffich Raymundus, lumen vitale an. 1733. Budae adeptus, seraphico Instituto nomen dedit an. 1754. Iam adolescens vivacis sui ingenii, animique signa dabat, indefessi nec non conaminis, cumprimis circa Physicam et Mathematicam; sic factum, ut, emensis theologicis disciplinis, atque presbyter an. 1759. ordinatus, tractandis physicis materiis mox admoveretur, quibus se totum ita indulsit, ut fuerit licet ad Theologiam tradendam serius promotus, amatum tamen studium nullo tempore neglexerit. Horologium mathematico-astronomicum rara arte construxit, quod a cunctis, rerum peritis, hodiedum paradigmatis instar habetur. (Huius simplicissimam constructionem invida manus unam rotulam auferendo diruit, et talem celeberrimi horopegi frustra conati sunt restituere; tandem Andreas Neppel, vir ingeniosus, praefectus palatio Principis de Eszterházy, duabus supplevit. Visitur in Provincialatu Poson.) — Anno 1797. concordibus votis Minister creatus est, exactoque triennio ad studia postliminio sua rediit. Vita functus an. 1808 die 20. Martii in Pratis Marianis.

Typis edidit:

Cultus veri Dei primarius et fundamentalis omnibus hominibus necessarius; auctore Volffich Pestini 1785. Literis Trattnerianis. 8°.

Anno eodem per anonymum quemdam in hungaricum, anno vero 1786. in germanicum versum sub titulo: *Aechter und gründlicher Gottesdienst für Jedermann. Pest, gedruckt mit Trattnerischen Schriften.* 8°. pag. 91.

Laudabilis de eo fit mentio in pagell. *Katholikus Néplap.* Pestini an. 1870. Nr. 23.

LIX.

P. Gazaffy Anacletus.

Gazaffy Anacletus, in Szekula an. 1736. natus, vestem religiosam an. 1757. indutus, Sacris an. 1761. initiatus. — Pluribus initio annis Lector Theologiae ordinarius, dein Concionator etiam in variis cathedris extitit; demum Administrator Parochiae in Szántód vivere desiit an. 1792 die 11. Novembris.

Prelo subdidit librum:

Anacleti Gazaffy, Ord. S. Franc. Prov. S. Mariae Theologiae Lectoris ordinarii Dissertatio Liturgica. Pestini 1783. 8°.

LX.

P. Raják Joannes.

Raják Joannes, natus in Bátorkeszi an. 1736. novitium in Conventu Malaczkaënsi egit an. 1755. presbyter ordinatus Tyrnaviae an. 1760. Concionator.

Manuscriptum reliquit:

Phoenix post flammas rediviva seu Considerationes piae nec non affectus amorosi ex SS. Augustino, Bernardo, Anselmo et Idiota rite concinnati, Lytaniis et Orationibus nonnullis adiectis. Opera et industria Patris Joannis Raják Ord. S. P. N. Francisci Prov. S. Mariae in Hungaria. Comaromii 1766 die 4. Maii. 8°. pag. 304. (Bibl. Conv. Alb. Reg.)

Vitam amisit an. 1806 die 14. Februarii Strigonii.

LXI.

Fr. Mayrberger Camillus.

Mayrberger Camillus, e Hallfeld Circuli Bambergensis, oriundus, absolutis in Germania studiis, et Diplomate ad Chyrurgiam exercendam obtento, annos natus undetriginta in Ordinem seraphicum qua Tertiarius assumtus est an. 1766. insequenti anno solemnia vota nuncupavit.

In manuscripto germanica lingua reliquit:

1°. *Tractatus de Medicina.* 4°. pag. 200.

2°. *Compendium Praxis Medicae seu de Morbis.* 4°. pag. 187.

3°. *De regno Minerali.* 4°. pag. 200. (Extant in Bibl. Conv. Poson.)

Obiit an. 1800 die 24. Octobris Sümeghini.

LXII.

P. Császár Victor.

Császár Victor, lucem conspexit Posonii an. 1738. sedecim annos natus seraphico Instituto adscriptus est Malaczkae; Nitriae philosophicas, theologicas autem Jaurini — praelegente Raymundo Rachsa, qui an. 1776. Pesthinum in re litteraria tractaturus evocabatur — hausit disciplinas, s. presbyteratum an. 1761. suscepit. A studiis liber, per insequentes 17 annos, ut occasio ferebat, plurimum ruri vixit, adiutorio Parochorum destinatus; ab anno tandem 1778. constans ipsi officium Catechetae nationalium Jaurini scholarum obtigit, quod laudabili usque Conventus eiatis abolitionem (1787) diligentia obivit.

Ineditum reliquit:

Compendium Liturgiae Sacrae. Conscriptum in Conventu Jaurinensi per P. F. Victorem. Anno 1785. 4. pag. 109.

Opusculum hoc, in tres divisum partes, praefatione et indice rerum instructum superest in Conv. Kismar-

ton. ubi auctor ultimum vixit diem 18. Februarii an. 1805.

LXIII.

P. Angster Hieronymus.

Angster Hieronymus, Jaurini an. 1739. in lucem editus, Institutum seraphicum, dum a teneris amantior solitudinis et pietatis esset, an. 1756. amplexus. Philosophicas ita avido animo hausit disciplinas, quod sui moderatores non dubitabant, quin futurum esset, ut hae ipsae disciplinae summa cum utilitate ab ipso unquam tractarentur; quare emensa Theologia, ad sacrum presbyteratum an. 1761. promotus, Lector Philosophiae constituitur. Nequaquam tamen ultra triennium hanc cathedram sustinuit, et ab anno iam 1767. Sopronii, dein Pesthini, iterumque Sopronii ad concionem dixerat. Anno 1773. ad Sabariense gymnasium applicatus, Rhetoricae et Poëseos Professorem egit, munere etiam Directoris dicti gymnasii tempore aliquo defunctus. Quantopere exemplaria Classicorum, cumprimis Vergilii, nocturna atque diurna — et quod amplius est — felici versaverit manu, comprobat tersissimo stylo latino exaratum, nobilissimum pietatis sensum spirans poëma, editum sub titulo:

Drama Officioso-Bucolicum Gymnasii Sabariensis, Sacratum Idibus Junii an. MDCCLXXV. Excellentissimo Illustrissimo ac Reverendissimo Domino Domino Francisco Episcopo Jaurinensi, E Comitibus Zichy De Vásonkeő etc. etc. Dum Saba-

riam Adventaret. Sopronii 1775. Typis Joannis Josephi Sies. 4⁰. pag. 79.

Dedicationem subscripsit: *Ita canit P. Hieronymus Angster, Ord. S. P. Francisci Reform. Prov. S. Mariae in Hung. Philosophiae Lector habit. Professor Rhetorices et Poëseos actualis.*

Vir eximiae eruditionis et culturae ad aeternitatem abiit an. 1781 die 29. Maii Posonii.

Laudabilis de eo fit mentio in *Panegyr. Franc. e Comitibus Zichy, Praesulis Jaurinensis, quo episcopale gymnasium Sabariense 15. Aug. 1774 . . . . condecoraverit. Oratore Antonio Erdős. Sopronii;* recenseturque inter viros Hungariae claros, in libro, qui inscribitur *Magyarok Emléke.* Budae 1836. pag. 232.

LXIV.

P. Balogh Bernardus.

Balogh Bernardus, natus Sabariae an. 1742. novitiatum vicesimo primo aetatis suae anno subivit, et est ad presbyteratum Tyrnaviae promotus an. 1767. Annis quattuordecim a Secretis Ministro Provinciali functum in Capitulo Mariano Pratensi Ministrum elegerunt an. 1791. — Hic opus Eug. Kósa, nempe *Historiam Provinciae* (sub titulo *Collectaneorum*) ab anno, quo is cessavit (1774), pari sinceritate et solertia continuavit usque an. 1808.

Absoluto triennali Ministerio laboriosam duxit vitam, et elucubravit opus ineditum:

1°. *Ünnepi tisztelet, az az, Urunknak, Urunk sz. Anyjának, és más több dicsőült Szenteknek tiszteletére való szent beszédek, melyeket ezen ünnepekre rendeltetett Evangeliomok szerint öszszeszedett és elkészitett P. Fr. Bernardus Balogh, Szeraphicus szent Ferentz szorosabb rendén lévő Boldog Aszszony Magyar Országi Provintziájának Szerzetes fia. 1778-dik évben.* 4°. pag. 755. (Bibl. Conv. Weszpr.)

2°. *De Sacramento Matrimonii* (inscriptum et omnes circa hoc possibiles casus enucleans); opus istud 4°. foliis 441. absolvitur.

Aliud aeque ineditum, maioris molis opus efficiunt sacri sermones:

3°. *Eledel és Áldozat, az az: a kenyér és bor. külső szinei alatt elrejtetett Ur Krisztusnak valóságos tulajdon eleven szent testének és vérének szentségéről, és a szent Misebeli áldozatról a Vasárnapi evangeliomok szerint két esztendőkre szolgáló prédikátziók, melyeket több könyvekből öszszeszedett és elkészitett Pater Balogh Bernárd, Szerafikus Szent Ferencz rendén lévő Boldog Aszszony Magyar Országi szorosabb rendbeli Provintziájának volt Provintzialissa.* (Cursus annui duo; 4°. fol. 2288. Cursus dominicalis anni primi agit de Eucharistiae Sacramento qua cibo spirituali; secundus cursus idem Sacramentum tractat qua Sacrificium.)

4°. *Vasárnapi egész esztendőre való prédikátziók, melyeket elkészitett P. Fr. Balogh Bernárd* etc. Partes II. pag. 830.

(Cursus dominicalis anni tertii.)

Has *Conciones,* quibus elaborandis omnem solertiam et 20 fere annorum intervallum impendit, typis

aliquando ab ipso subiiciendas, praefatione et indice rerum diligenter providit; quo minus vero publicae luci edere potuerit, morte an. 1818 die 27. Februarii superveniente impediebatur.

Opera haec in Bibl. Conv. S. Antonii, ubi supremum vixit diem, supersunt

LXV.

P. Stankovátsi Leopoldus.

Stankovátsi Leopoldus, patria Cantensis in Transyl. an. 1742. natus, Ordini nomen dedit an. 1761. ordinatus presbyter an. 1765. Cathedra Philosophiae abdicata, ad concionem dicere perrexit Posonii, Jaurini, demum Comaromii. Diligens et fertilis scriptor, oratorque celebris, dictos a se sermones in pluribus tomis typis vulgavit, et quidem:

1^{0}. *Ünnep-napokra-való prédikátziók, mellyeket Pozsony királyi várasában hirdetett P. Stankovátsi Leopold, a nevezett K. várasnak ordinárius magyar Concionatora, Seraficus sz. Ferencz szorossabb rendén lévő Boldog Aszszony Provintziájának szerzetes fia.* Jaurini 1788. 8^{0}. pag. 410.

2^{0}. *Áruló Judás, azaz nagy böjtre való prédikátziok, mellyekben megmutattatik, hogy az idegen nevezetü bünök által, ember a Judás Iskáriótes gonoszságát meghaladja. Mondattak Posonyban P. Stankovátsi Leopold által.* Jaurini 1789. 8^{0}. pag. 212. (Curs. quadr. primus.)

3°. *Vasárnapokra szolgáló prédikátziók, mellyeket több esztendőknek forgása alatt élő nyelvével hirdetett; most pedig a hivek lelki vigasztalására közönségre bocsátott P. Stankovátsi Leopold, Szent Ferencz szorossabb rendjén lévő Boldog Aszszony Provintziájának szerzetes fia.* Jaurini 1789. 8°. (Cursus anni I. tomus primus habet pag. 701. secundus 602; Cursus anni II. impressus Jaurini an. 1790. in tomo primo habet pag. 516. in secundo pag. 534; Cursus anni III. impressus Comaromii an. 1798. et 1799. in tomo primo habet pag. 432. in secundo 557; Cursus anni IV. impressus Comaromii an. 1799. et 1800. in tomo primo habet pag. 491. in secundo 529.)

4°. *Makula nélkül való tükör, az az a szenvedő Isten, és ember példája, melly szerint a keresztény ember köteles kormányozni életét, ha a jókban foglalatoskodni, és a gonoszokat kerülni kivánnya. És ugyan ezen szenvedő Isten, és ember példáját második esztendőbeli szent bőjtnek alkalmatosságával hét beszédbe foglalta, és élő nyelven hirdette Pozsonyban P. Stankovátsi Leopold, Szerafikus Sz. Ferentz szorossabb rendén lévő Boldog Aszszony Provintziájának szerzetes fia.* Comaromii 1799. 8°. pag. 168. (Cursus quadrag. secundus.)

5°. *Hangzó trombita, az az a keresztfán függő Isten és Ember hét szavai, mellyekre figyelmezvén a keresztény ember, azokból vett tudományok szerint foltassa életit, ha Kristussal uralkodni akar; És ugyan azon keresztfán függő Isten és Ember hét szavait Harmadik Esztendőbeli bőjtnek alkalmatosságával hét beszédekben foglalta, és élő nyelven hirdette Posonyban P. Stankovátsi Leopold, Szerafikus*

Szent Ferentz szorossabb rendén lévő Boldog Asszony Provintziájának szerzetes fia. Comaromii 1800. 8°. pag. 166. (Curdus quadrag. tertius.)

Obiit an. 1789 die 12. Augusti. Posonii.

Recensetur et laudatur inter Scriptores Hung. in *Magyar Irók É-gyüjteménye.* Pestini 1858. pag. 289; porro citatur in *litt. encycl.* A. Eppi Strigoniens. anno 1871. nro. 17. pag. 94.

LXVI.

P. Klenák Narcissus.

Klenák Narcissus, patria Szempcziensis, annorum duodeviginti iuvenis Ordinem ingreditur an. 1763. factus an. 1769. presbyter. — Exantlatis Philosophiae et Theologiae studiis, nonnullo tempore Concionator erat, dein Capellanus castrensis apud inclytam legionem L. B. Alvinczy, demum Ill. D. Episcopi Neosoliensis bibliothecae praefectus. Vir erat suo tempore celebris et multae eruditionis, qui pluribus editis scriptis veritatem honoremque Catholicae Religionis, tempore, quo placita perversa Philosophorum Galliae in Hungaria longe lateque praedicabantur, defensum ivit, prelo subiiciendo:

1°. *Nap-nyugoti tördelékek, vagyis a mai Filosofusok eszeskedéseivel egybevetett józan elmélkedések, mellyeket a magyar olvasók kedviért világosságra botsájtott, és minden józan embernek saját itéletire hagyott P. N. K. Mélt. B. Alvinczy ő Excellentziája nemes magyar ezredinek hajdani hadi*

káplánnya. Pestini 1800. tom. 2. 8⁰. tom. I. pag. 144. tom. II. pag. 140.

2⁰. *Zárt Mantua, vagy-is abban foglalt inségek feljegyzése.* 1801.

3⁰. *Keresztény tekélletességre vezérlő Vasárnapi Prédikátziók, mellyeket T. P. Narcissus Klenák szent Ferentz rendén levő Boldog Aszszony Provintziájának Szerzetese, és érdemlett Prédikátora, hajdan M. B. Alvinczy nemes Magyar ezredének tábori papja, mostanában: Főtisztelendő, s Nagyméltóságú Nitra-Zerdahely Zerdahely Gábor, Besztercze-Bányai Püspök Urnak Káplánnya és Bibliothecáriusa egybe alkalmaztatott, és ugyan most tisztelt Méltóságos Püspök Urnak adakozó istenes költségivel a hivek lelki gyarapodására közrebocsátott. A Fölsöségnek engedelmével.* Neosolii 1804. et 1805. tomi 2. 8⁰. tomus I. pag. 424, tomus II. pag. 359.

4⁰. *Keresztény tekélletességre vezérlő Ünnepnapi Predikátziók, mellyeket T. P. Narcissus Klenák szent Ferentz rendén levő Boldog Aszszony Provintziájának Szerzetese és érdemlett Prédikátora* etc. ut supra. Neosolii 1805. 8⁰. pag. 288.

Obiit an. 1805 die 18. April. Neusolii.

Recensetur et laudatur inter Scriptores Hung. in *Magyar Irók É-gyüjteménye* a Jos. Danielik. Pestini 1858. pag. 148.

LXVII.

P. Steppán Peregrinus.

Steppán Peregrinus, in Bélabánya Comitatus Hontensis an. 1746. natus, annum probationis seraphicae Malaczkae exegit an. 1765. triennio post presbyter ordinatus Tyrnaviae. Omnem fere vitam in adiutoriis Parochiarum diversarum spiritualibus traduxit.

Elucubravit manuscriptum opus:

1°. *Theologiae Moralis copia compendiata ex variis, adprobatis Authoribus collecta, et restaurandis ideis occurrente Temporis angustia accomodata per R. P. Peregrinum Steppán, Ord. Min. S. P. Francisci ref. Prov. S. Mariae in Hungaria. Anno MDCCLXXXV.* Posonii 8°.

2°. *Compendium Juris Prudentiae Ecclesiasticae tam publicae quam privatae.* 8°. pag. 416. (Utrumque in Bibl. Conv. Poson.)

Obiit apud FF. Misericordiae Posonii an. 1824 die 11. Novembris.

LXVIII.

P. Móser Joannes.

Móser Joannes, natus Sümeghini an. 1747. novitiatum Budae subiit an. 1765. ordinatus presbyter an. 1770. Post cursum studiorum Lector Philosophiae, ab

anno vero 1782. Professor supr. Grammaticae Sabariae institutus, anno 1791. Provinciae a Secretis, an. 1794. Consultor, anno demum 1806. Minister Provincialis creatus est. — Obiit an. 1807. die 17. Aprilis Posonii.

In manuscripto habentur ab eo:

1°. *Institutiones Mphcae in usum discipulorum conscriptae a P. Joanne Móser, Ordinis Frum Min. S. P. Francisci Ref. Prov. S. Mariae Hung. AA. LL. et Phiae Lectore ordinario.* Sabariae. MDCCLXXV. 4°. pag. 116. — Dein

2°. *Institutiones Logicae in usum discipulorum conscriptae a P. Joanne Móser, Ordinis Frum Min. S. P. Francisci Ref. Prov. S. Mariae Hung. AA. LL. et Phiae Lectore ordinario.* Sabariae. MDCCLXXV. 4°. pag. 157. — Demum

3°. *Institutiones Physicae tam Gralis quam Particularis in usum discipulorum conscriptae a P. Joanne Móser, Ordinis Frum. Min. S. P. Francisci Ref. Prov. S. Mariae Hung. AA. LL. et Philosophiae Lectore ordinario.* Sabariae MDCCLXXVI. 4°. pag. 195. (Bibl. Conv. Mar. Prat.)

LXIX.

P. Mukenhuber Philippus.

Mukenhuber Philippus, Sopronii an. 1747. genitus, absoluto in loco natali humaniorum studiorum cursu, eximia indole et sagaci ingenio praeditus iuvenis Ordini seraphico an. 1765. inscribitur, presbyter an. 1771.

ordinatur. Cum autem pro cathedra philosophica destinatus fuerat, hanc conscendit, donec pro theologica an. 1778. ob laudabilem occasione concursus habitam dissertationem promoveretur. Ab an. 1785. curam animarum per tria lustra exercuit in Jákó; an. 1807. Vicarius Provincialis e Consultore factus est. In Pratis Marianis, quo se, officio laudabiliter terminato, recepit, defunctus est an. 1814 die 5. Octobris.

Ineditum opus reliquit:

Universa Physica dictata et explanata a P. Philippo Mukenhuber. AA. LL. et Philosophiae Lectore ordinario. Anno 1778. 8⁰. pag. 362. (Bibl. Conv. Pest.)

LXX.

P. Kramarits Petrus.

Kramarits Petrus, natus an. 1747. in Sz.-László-Egyháza Comitatus Zalaënsis, votis solemnibus se an. 1766. obstrinxit, presbyter ordinatus est an. 1771. Emensa Theologiae an. 1773. disciplina. per sexennium partim Capellanum in Parochiis, partim Concionatorem domi egit festivum; anno 1779. ad gymnasium Sabariense, munia Professoris obiturus, est applicatus, postque annos septem pro simili officio Keszthelyinum transiit. Conventui Mesztegnyensi ipse ultimus ante abolitionem (1788) Superior annis quattuor praesidens, Posonium, Theologiam nostratibus praelecturus, anno 1798. concessit. Lectura an. 1804. emeritus, in Conventum Andocsiensem se recepit. Anno 1812. Consultor Pro-

vinciae creatus, tempus a tractandis negotiis liberum scriptioni indulgere haud intermisit, exaratumque iam ante annos aliquot opus perpolire, emendare, adgressus est, quod ipsum, obtento in persona Episcopi Weszprimiensis, Dni Georgii Kurbélyi, Mecoenate munificentissimo publica luce donavit:

Azon Mennyei Szerelemnek és Gyönyörüségnek mellyel az Isteni Felség Az Emberek Fiaihoz Viseltetik, Világos Meg-Mutatása. Ahoz alkalmaztatva; a' mit mond maga az Örök Böltseség önnön magáról Példa-Beszédek Könyvének VIII. Részében 31. versében. Deliciae Meae Esse Cum Filiis Hominum. *Az én gyönyürüségem az emberek fiaival lenni. Irattatott P. Kramarits Péter Szent Ferentz Rendén lévő Boldog Aszszony Provintziájának Szerzetes Fia által.* Weszprimii 1817. 8°. Pars I. pag. 251. Pars II. pag. 359.

Fatis functus an. 1819 die 29. Aprilis Andocsini.

LXXI.

P. Hüller Fidelis.

Hüller Fidelis, Sopronii an. 1748. natus. Ordinis seraph. vestem induit an. 1764. presbyter ordinatus Jaurini an. 1771. Concionator. — Ineditum reliquit:

Calendarium perpetuum, confectum a P. Fidele Hüller Ord. Min. Ref. Prov. S. Mariae in Hungaria. Kismartonii an. 1791. 8°. (Bibl. Conv. Kismart.)

Mortuus Sümeghini an. 1803 die 7. Septembris.

LXXII.

P. Nagy Eugenius.

Nagy Eugenius, primam lucem Jaurini conspexit an. 1748. habitu Ordinis an. 1764. sumto, Jaurini an. 1771. presbyter ordinatur. Primum Lector Philosophiae, dein Ss. Canonum. Anno 1795 die 27. Junii obiit et in Ecclesia parochiali tumulatus Tatae.

Reliqui fecit manuscripta opera:

1°. *Institutiones Logicae et Metaphysicae in Usum Discipulorum. Conscriptae a Fratre Eugenio Nagy. In Conventu Sopronienst.* Anno 1773.

2°. *Institutiones Physicae in Usum Discipulorum conscriptae a Fratre Eugenio Nagy. In Conventu Soproniensi.* An. 1774. (Bibl. Conv. Poson.)

LXXIII.

P. Zabity Calasanctius.

Zabity Calasanctius, patria Malaczkaënsis, haustis in loco natali litterarum elementis, quadamque familiaritate, ob Conventum eiusdem loci frequentatum, cum Instituto seraphico contracta, huicce nomen dare decrevit; an. 1770. veste religiosa, 21 annos natus, indutus, presbyter an. 1773. qua Theologiae adhuc studens ordinatus est. Innatum erga musicam amorem

in dies crescere observans, post longas multasque petitiones a Venerabili Definitorio obtinuit, ut Pestinum, melioribus artis suae usurus magistris, concedere potuerit an. 1779. Pestini tribus annis musicam edoctus, Posonium pro Organoedo translatus est, infirma verum valetudine ingravescente sua, omni officio in perpetuum nuncium mittere cogebatur. Molestiam aegritudinis litteris levare enisus, sequens manuscriptum opus elucubravit:

Nobile Hexameron Moralium, conscriptum, ex pluribus Authoribus excerptum, casibus quibusdam irradiatum ac ad normam R. P. Reiffenstuel compillatum nec non casibus extraordinariis elucubratum per Calasanctium Zabity, Franciscanum Provinciae Marianae in Hungaria. Queis adduntur eloquentiae loci, e quibus Oratio S. desumi queat. 4°. pag. 454. (Bibl. Conv. Malaczk.)

Humanis ereptus est Malaczkae die 11. Novembris an. 1793.

LXXIV.

P. Linzer Dionysius.

Linzer Dionysius, vitae usuram accepit in Közép-Pulya an. 1750. Keszthelyini Ordinem seraphicum ingressus est an. 1769. Ordoque presbyteratus an. 1775. ei collatus. Egit Concionatorem hungaricum, fuitque sedulus in vinea Domini operarius, et cultor B. Virginis eximius. (Necrologium.) Obiit in S. Ladislao an. 1818 die 18. Julii.

Suas in manuscripto reliquit *Conciones*, unum volumen 4^{0}. pag. 420. efficientes, diligenti cura conscriptas. (Servantur in Bibl. Posoniensi.)

LXXV.

P. Szekér Joachim.

Szekér Joachim, patria Comaromiensis, inter asseclas S. Francisci iuvenis 17. annos natus inscribitur an. 1768. fitque presbyter an. 1775. Theologicis studiis, e quibus an. 1778. Baccalaureus creatus est*), Tyrnaviae et Pestini perceptis, eodem 1778. Sabariae Magister Clericorum, Lectorque Philosophiae constitutus quinquennium perduravit. Post hoc Theologiae tradendae duos tresve indulgens annos, Sabariam rursum rediit, atque ab an. 1786. qua Professor gymnasii extitit ibidem. Hoc ipso anno abitum e Religione nostra moliebatur, dumque negotio facili dimissionem obtinere non posset, et ipse et sui fautores varios illius extorquendae modos iniverunt; anno demum 1795. voti compos factus, ad PP. Cistercienses transiit.

Legibus adhuc subiacens seraphicis, (quod enim in Schemat. anni 1851. pag. 119. asseritur, de secundis tantum typis valet,) opus edidit, suo tempore non exiguae famae:

Magyarok eredete, a régi és mostani Magyaroknak nevezetesebb cselekedeteivel együtt. Irta Szekér Ioakim Sz. Ferencz Szerzetében levő fel-szentelt Pap;

*) Vide citatum inferius in „P. Greguska Antonius" occurrens.

előbb a Tudákosságnak és Böltselkedésnek, utóbb pedig a szentséges Theologiának Tanittója, és ugyanazon szentebb Tudománynak Baccalaureusa. Posonii et Comaromii 1791. Typis et expensis Petri Simonis Weber. Tomi 2. 8°. T. I. pag. ?. T. II. pag. 374.

Recensetur et laudatur inter Scriptores Hung. in *Magyar Irók É-gyüjteménye.* Pestini 1858. pag. 305.

LXXVI.

P. Kniefacz Simeon.

Kniefacz Simeon, natione Croata, an. 1752. in Neovilla Comitatus Posoniensis natus, habitum in Conventu S. Catharinae induit. an. 1771. ordinatus presbyter an. 1775. in Mocsonok. Concionatorem egit primum Kismartonii, dein Németujvárini; ab an. 1788. Cooperator in Párndorf; ab anno 1799. in Siglos egit Administratorem usque an. 1801. quo ad Klingenbach eodem munere functurus transiit, hicque an. 1819 die 3. Augusti obiit.

Auctor extitit operum:

1°. *Vrata Nebeszka od preta vernomu Kerscheniku moléchému. Pervics: krez kripne molitve, Drugics: krez iszpunievanye Pravicze Kerschanszke, y pobosna stényá, iz pridavkom Nóvi Jácsak. Z volyum, y dopuschányem Preposztávnih, z márlyivim trudom P. Szimeona Kniéfacz, Réda Sz. Francziskussa va Czikleskom szeli. Otcza Duhovnoga. — Stampa druga, popravna y povekssana Soproni*

Stampana va létu 1804 pri Josephu Antonu Szieszu. 8⁰. pag. 441.

2⁰. *Marianszko Czveche, iz lipi Rósicz szkupa pobrano, to je: Pobosni Molitvicz i Duhovni Jacsak, od jednoga isz réda franciskánszkoga Massnika.* Sopronii. (In praefatione nomen suum initialibus P. S. K. indicavit.)

LXXVII.

P. Kováts Augustinus.

Kováts Augustinus, Jaurini an. 1752. natus, iuvenis 20 annorum in Ordinem suscipi petiit, estque ordinatus presbyter an. 1776. Singulari facundia et eruditione pollens, suis concionibus rite elaboratis atque peroratis animos auditorum adeo devincire noverat, ut in frequentioribus urbibus ipsi cathedram cedere utile visum fuerit. E Guardiano S. Antoniensi an. 1818. Provincialis electus, hanc electionem Dominis Episcopis Dioecesanis, iuxta sensum Intimati regii tum emanati, primus significavit, cui consvetudini usque nostra tempora paretur. Triennali Ministerio exacto, vitae dies reliquos in Conventu Strigoniensi vixit usque an. 1823, quo Octobris die 2. plenus meritorum decessit.

Concisi annales in Schem. an. 1851. pag. 120. de eo sic dicunt: „Vir erga se severus et religiosae observantiae studiosissimus, qui suam in Sacris Paginis fundatam peritiam, in applicandis Sacris Textibus ingeniosam dexteritatem testatam fecit, dum Conciones proprio marte

elaboratas pro solatio suorum auditorum — — edidisset"; nempe:

1°. *Szentek dicsérete és követése, az az ünnepi prédikátziók, mellyekben a dicsőült szentek érdemeinek magasztalásával, azok erköltseiknek követésére, élő nyelvével intette a keresztény híveket P. Kováts Ágoston, szent Ferencz Atyánk szorossabb rendén lévő Boldog Aszszonyról nevezett magyar Provintziájának szerzetes fia. Most pedig a Fellyebbvalók engedelmével világosságra bocsátott.* Pestini 1801. 8°. cum. app. pag. 470.

2°. *Alkalmatos és alkalmatlan rajta létel, az az a keresztényi szent erköltsöknek követését nyomban sürgető prédikátziók, mellyeket a romai katolika Anya szentegyházban vasárnapokon olvastattni szokott szent Evangyéliomoknak értelme szerint: öszve szedett készitett, és több esztendőknek forgása alatt élő nyelvével hirdetett; most pedig közönségre bocsátott P. Kováts Ágoston, szent Ferentz szorossabb rendén lévő Boldog Aszszony Provintziájának szerzetes fia.* Pestini 1802. 8°. (Cursus anni I. in tomis duobus, tom. I. cum appendice 6 concionum festivalium habet pag. 458. tom. II. Comaromii impressus, cum app. 7 conc. fest. habet pag. 526; Cursus anni II. impressus Pestini an. 1803. in tom. I. habet pag.? tomus II. cum app. 4 conc. fest. habet pag. 454; Cursus anni III. tom. I. Pestini impressus an. 1804. habet pag. 464. et tom. II. Budae impressus an. 1804. habet pag. 460; Cursus anni IV. tom. I. Pestini impressus an. 1805. habet pag. 461. tom. II. Pestini an. 1805. impressus, habet pag. 427.)

3°. *Bűnösök keserve, az az prédikátziók, mellyekben a szent bőjti heteknek számak szerint: olly hét fő okok adatnak elől, mellyeknek mint egygyikére, (ha jól megfontollyja) méltán minden bűnös megindulhat, szemeiből keserves könnyeket hullathat, és az Isten! malasztyának segedelmével, meg is jobbulhat. Elő nyelvével 1794-dik esztendőben, a Székes-Fejér-Vári tekéntetes káptolannak Templomában, számossan öszve gyült fő, s alrenden lévő buzgó Halgatói előtt magyarázta, most pedig többeknek lelki hasznokért közre botsátotta. P. Kováts Ágoston, szerafikus sz. Ferentz keményebb Rendén lévő Boldog Aszszony Magyar Provintziájának Szerzetesse.* Pestini 1805. 8°. pag. 124. (Cursus quadrages. I.)

4°. *A Lélek Gondgya az az: Prédikátziók, mellyekben a Szent Bőjti heteknek számak szerint hét nyomós okokbul, nyilván megmutattatik: hogy mindenek felett lelkünkre kell fő gondott viselnünk. Élő nyelvével 1796-dik Esztendőben, a Székes-Fejér-Vári tekéntetes Káptolannak Templomában, számossan öszve gyült buzgó Halgatói előtt magyarázta most pedig többeknek lelki hasznokért közre botsátotta P. Kováts Ágoston, Szerafikus szent Ferentz Atyánk keményebb Rendén lévő Boldog Aszszony Magyar Provintziájának Szerzetesse.* Pestini 1805. 8°. pag. 112. (Cursus quadrag. II.)

Recensetur et laudatur inter Scriptores Hung. in *Magyar Irók É-gyüjteménye.* Pestini 1856. pag. 277; porro citatur in *litt. encycl.* A. Eppi Strigoniens. an. 1871. nro. 17. pag. 101.

LXXVIII.

P. Schmidt Callistus.

Schmidt Callistus, Soproniì an. 1752. 19. Novembris vita potiebatur, in Ordinem an. 1771. adscitus, insequente anno vota solemnia nuncupavit, ad presbyteratum an. 1777. promotus. Diversis in locis egit Concionatorem, longiori autem tempore Posonii, ubi in Ecclesia Ss. Salvatoris ordinarius erat.

Edidit:

1°. *Geistliche Betrachtungen auf die heilige Advents-zeit, zur Bittung eines wahren Christen vorgetragen in der St. Salvator-Kirche zu Pressburg im Jahre 1793. von P. Callistus Schmidt Franziskaner Marianischer Provinz, und gewöhnlichen Sonntags-Prediger allda.* Posonii 1793 Typis Patzkoianis. 8°. pag. 151.

2°. *Predigt auf den Charfreitag, welche in der St. Salvator-Kirche zu Pressburg vorgetragen hat, Pater Callistus Schmidt, Franziskaner Marianischer Provinz, ordentlicher Feyertags- und Fastenprediger in obbemelter Kirche.* Posonii 1793. 12°.

Obiit an. 1801 die 12. Junii Posonii.

LXXIX.

P. Greguska Antonius.

Greguska Antonius, Posonii an. 1753. 13. Januarii lucem conspexit, annum probationis in S. Catharina 1769. subivit, presbyter an. 1776. Tyrnaviae ordinatus. Finem studiis theologicis in universitate Budensi tali cum successu imposuit, ut ab examinatoribus, illum plene adprobantibus, pro Lectore commendaretur. Acta Capituli Provincialis an. 1778. huc facientia sic eum laudant: „Quandoquidem P. Antonius Greguska et Joachimus Szekér in totius Regni Universitate Budensi studia sua adeo praeclare terminassent, ut non modo Baccalaurei denominati, creatique fuerint, verum etiam illud Clariss. totius Universitatis Consessus testimonium retulerint, ut eorum specialis haberetur ratio, dum pro Cathedris Lectoratus intra ambitum Provinciae nostrae institueretur concursus: placuit — — pro Cathedra philosophica eum primum demoninare." Educationi dein totum se indulsit, molestum Magistri Clericorum Novitiorum, pluribus licet ferendum annis, arduumque munus hilari animo obivit. E Consultore bis emerito an. 1812. Minister eligebatur, atque iterum an. 1821. Oblatam unionem cum Provincia S. Bernardini in Austria ob paucitatem individuorum germanici labii recusavit, pariter et Conventum Soproniensem PP. Dominicanorum, nisi sufficiens provisio assignetur. Inter Scriptores ex eo referri meretur, quia *Historiam Provinciae*, coeptam scribi a P. Eug. Kósa, continuatam a P. Bernardo Balogh, ab an. 1808. usque

1827. elapso primi sui Ministerii triennio, diligenti calamo fuseque persequebatur. E vivis decessit Posonii an. 1828 die 11. Novembris.

LXXX.

P. Raab Angelus.

Raab Angelus, vitale lumen Posonii an. 1753. adeptus, Instituti seraphici tyrocinium an. 1769. subivit, philosophicis studiis per triennium incumbens Sopronii, theologica Tyrnaviae, Pestini, demum Jaurini hausit, ubi an. 1776. Sacris initiatus. Pro tradenda apud nostrates Philosophia Lector candidatus, eidem studio rursus triennium impendens, an. 1779. Sabariae revera cathedram hanc conscendit, atque per annos novem laudabili zelo sustinuit. Aliquot dein annis munere Directoris gymnasii Keszthelyini fungebatur. Hinc Kismartonium, dein ad Prata Mariana translatus, annis nonnullis Theologiam etiam, qua Superior Conventus, professus est. Consultor Provinciae creatus, ad Prata se rursum contulit Mariana, ibique an. 1822 die 15. Octobris vivere desiit.

Amore litterarii otii, dum viveret, affectum fuisse, plura ab interitu, proh dolor! haud vindicata manuscripta opera palam facerent, imo vero facit opus illud vastum, atque ineditum, cui titulus:

Theologia Morum Christiana, quam e diversis, iisque probatissimis auctoribus excerpsit, ac speculative deduxit M. V. P. Angelus Raab, Ss. Theo-

logiae Lector; ego autem F. Raymundus Motossényi, eiusdem Ss. Theologiae in 3-um annum auditor ad meam, proximorumque salutem conscripsi Posonii, anno a nato Salvatore mundi 1805. 4⁰. (Adest in Bibl. Conv. Pest.)

LXXXI.

P. Török Innocentius.

Török Innocentius, an. 1753. e Nemes-Csó oriundus, tyrocinium seraphicum an. 1773. Keszthelyini subivit, sacrum presbyteratum an. 1777. Tyrnaviae obtinuit, insequenti anno pro Cooperatore in Várkony Insulae Cituorum applicitus; aliquo tempore etiam Lectorem Philosophiae egit, quam cathedram paulo post deserens, concionatorium munus assumsit. Laudatur ab observantia religiosa, zeloque et scientia praedicandi. Dictos pro rostris sacris sermones typis vulgavit:

1⁰. *Ünnepi és bőjti egyházi beszédek. Mellyeket Németből Hazánk nyelvére fordította, élő nyelvel hirdetett, most közre bocsátott P. Innocentius Török, Szerafikus Sz. Ferencz Rendén lévő Magyar Országi B. Aszszony Provincziájának érdemetlen tagja.* (Első esztendő.) Pestini 1806. 8⁰. pag. 371.

2⁰. *Vasárnapokra készíttetett egyházi beszédek, Mellyeket németből hazánk nyelvére fordított, élő nyelvel hirdetett, most közre bocsátott P. Innocentius Török, Szerafikus sz. Ferentz Rendén lévő Magyar Országi B. Aszszony Provintziájának érdemetlen tagja.*

Pestini 1806. 8^{0}. Tomi 2. tom. I. habet pag. 434. tom. II. pag. 368. (In pluribus cursibus annuis fuisse videtur.)

Mortuus an. 1817 die 14. Martii Posonii.

Recensetur inter Scriptores Hung. in *Magyar Írók É-gyüjtemény*. Pestini 1858. pag. 346.

LXXXII.

P. Kováts Solanus.

Kováts Solanus, oriundus Comaromio, tyrocinium seraphicum Keszthelyini egit an. 1772. duodeviginti annos natus, ordinatur presbyter an. 1777. Egit Concionatorem hungaricum, fuitque ordinarius in Cathedrali Albaregalensi. Dictum a se tempore pestis, in eadem civitate grassantis, sermonem sub litteris S. K. initialibus sui nominis typis edidit:

Hatalmas Orvos Az Az: D. Sz. Sebestény Martyr A' Veszedelmes Dög-Halál Ellen Hatalmas Patronus. De Mivel A' Meg-Vesztegetetett Világ Dög-leletes Gőzöket Ereszt-fel Az Egekre, Mellyekkel Gyakorta Pártfogásának Hathatosságát Meg-Gátollya, E' Végre A' Rosznak Gyükerei Ki-Kerestetnek És Ellenek Nyujtatik Hathatos Orvosság. — Készitette ezt, és ezen Métely ellen a' Székes-Fehér-Vári számosan öszve-gyült Lakósinak, midőn azon sz. Pátronusához fogadott ájtatosságát, s bütsújárását végezné, eleikbe adta 1801. esztendőben Boldog Aszszony Havának 20-dik napján P. S. K. Szent Ferentz szoros-

sabb Rendén lévő Magyar Országi Boldog Aszszony Provintziájának Szerzetes Fia, és azon N. Városnak 8 órai Concionatora. Pestini 1801. 4⁰. pag. 15.

Summa cura et diligentia in hungaricam linguam traduxit, at defectu Mecoenatis in manuscripto reliquit opus Floremundi Raemundi, sub titulo:

1⁰. *Amaz Jeles Floremundus Raemundus hajdan a Frantziák nagy Királlya Tekintetes Tanátsossának kálvinistábul lett Katolikusnak Ezen időbéli mind a Lutheranusok és Kálvinisták, mind más sok egyebek között előforgó minden pereknek Rövid Sommája vagy is Emlékezetes Historiája a XVI-dik Század béli Eretnekségek eredetéről elő mentérül és romlásárul megöregbétetett s megvilágosétatott a Tisztelendő Lippai Ulemberg Gáspár Lutheránusbul lett katolikusnak, Koloniában a szent Galambi Pásztornak irásibul. Deákbul pedég fordétotta P. F. Solanus Kováts, a Serafikus Sz. Ferencz keményebb Rendin lévő Magyar Országi Boldog Aszszony Provintziájának egyik érdemetlen tagja.* 4⁰. tomi 2. tom I. pag. 604. tom. II. pag. 535. (Bibl. Conv. Poson.)

2⁰. *Titkos Látások könyvének magyarázása, mellyet amaz Isten hiv szolgája Tisztelendő Holtzhauser Bertalan magyarázott egész a tizenötödik Résznek ötödik verseig. Magyarra fordétotta P. Solanus Kováts, Sz. Ferentz szorossabb Rendin levő Magyar Országi Boldog Aszszony Provintziájának Szerzetes Fia s hajdani Concionátora.* Papae 1814. 4⁰. pag. 245. (cum indice materiarum.)

Fatis functus 1822 die 15. Octobris Simontornyae.

LXXXIII.

P. Szentes Sebastianus.

Szentes Sebastianus, an. 1754. in Szováth Comitatus Soproniensis natus, habitum induit an. 1773. Kesztthelyini, quadriennio postea presbyter ordinatus — Concionatorem egit in Conventu S. Antonii usque ad annum 1788. quo Conventus hic abolitus fuit, dein Capellani in Egyház-Gelle munia obivit; ab anno 1790. in Al-Baár primo Capellanum localem, dein Administratorem egit, ex quo Ecclesia suis curis neoaedificata, Capellania localis in Parochiam conversa fuit.

Typis vulgavit plures Hymnos s. e quibus sequentes innotescunt:

1°. *A' Magyar Országi Egyházi Gyülekezetért az Al-Baári Templomban az Istenhez naponként nyujtandó s Versekben foglalt Fohászkodások 1822. a helybéli Plébános által.* 8°.

2°. *Az All-Baári Templom szentelésinek Esztendőnkint Való Előfordulására Készitetett Ének. A Megyebéli Lelki Pásztor Által 1823. Esztendőben.* Posonii 8°. (Cantus sacer ad dedic. Ecclesiae in Al-Baár.)

Hic vir, de quo Protocollum Parochiae Albariensis pag. 106. inter ceteras laudes ait: „fuerat inculpatae vitae et summe exemplaris, vir defoecati et recti iudicii, Concionator insignis, sacerdos religiosus, zelantissimus Catecheta, — — suavis moralitatis, optimus Pastor

animarum", — — pro summo Parochianorum iustoque moerore animam Deo suo Creatori reddidit die 22. Julii an. 1826. in Al-Baár.

LXXXIV.

P. Stummer Marianus.

Stummer Marianus, Vienna Austriae oriundus, septemdecim annorum iuvenis ad Ordinem adscitus an. 1772. sacrum presbyteratum an. 1778. Tyrnaviae suscepit. Dum adhuc studiis clericalibus incumberet, gravitate et sui moderatione animos sibi devinxit contribulium suorum ita, ut cetera quoque perpulchris a natura dotibus instructo iuveni commodas aures praeberent. E studiis emancipatus animum et omnem curam eo convertit, ut perfecta linguae gallicae, quam apud lares adhuc paternos a teneris hauserat, cognitione adiutus, sermones suos ad amussim celebriorum huius linguae scriptorum diligenter elaboraret et perpoliret. Qua Concionator in Conventu Kismartoniensi et Pestiensi non exiguam sibi famam acquisivit, sacroque suggestui, licet ab an. 1803. Capellanum militarem ageret, nunquam misit nuncium. Anno 1815. Guardianus Conventus Pestiensis et Administrator factus Parochiae ibidem, quo munere post annum abdicato, primum Kismartonium, dein Németujvárinum habitatum concessit. Hic loci Professione religiosa iubilaris supremum diem obivit 1. Maii an. 1826. — Dictos a se diversis in ambonibus sermones, 19 volumina 4^{0}. manuscripta efficientes, reliquit,

ex quibus ipse adhuc vivens — praeter occasionales, hic recensendos, et singillatim typis subiectos, — tres tomos publica luce donavit.

Opera eius impressa sunt:

1°. *Predigt von der wahren, und falschen Philosophie, oder sogenannten Aufklärung. Vorgetragen Am letzten Sonntage des Jahres 1794. In der Pfarrkirche zum heil. Petrus von Alkantara der königl. Freistadt Pest in Ober-Ungarn vom P. M. St. Des Franziskaner-Ordens der Marianischen Provinz gewöhnlichen Sonntagprediger. Auf wiederholtes Begehren herausgegeben, zum Druck befördert von einem Freund der wahren Aufklärung.* Pestini. Typis Aug. Patzkó. 4°. pag. 24.

2°. *Buss- und Jubiläums-Predigten des Marian Stummers Franziskaner-Ordens der Marianischen Provinz in Ungarn, und deutschen Sonntagpredigers der königlichen Freystadt Pest in Ober-Ungarn: Gehalten im Jahre 1795.* Pestini. 8°. pag. 206. et 154.

3°. *Predigt von den Unterthanspflichten. Am neunzehnten Sonntage nach Pfingsten vorgetragen In der Pfarrkirche zum heil. Petrus von Alkantara der königl. Freystadt Pest in Ober-Ungarn von P. M. St.* etc. Pestini 1796. 4°. pag. 18.

4°. *Rede an dem Tage der Feyerlichen Armen- und Krankenübersetzung aus dem Alten, in das Neuerbaute Spital der Kön. Freystadt Pest, in Ober-Ungarn. Gehalten im May, im Jahre 1798 vom P. Marián Stummer*, etc. Pestini. 4°. pag. 14.

5°. *P. Marian Stummers des Franziskaner-Ordens der Marianischen Provinz in Hungarn und zum h. Petrus von Alkantara der k. Freystadt Pest*

gewöhnl. Sonntagprediger Sonntagspredigten von den göttlichen Vollkommenheiten, zur Nachahmung der Christen wider die Falschaufgeklärten des 18-ten Jahr-Hundertes. Pestini 1799. tomi 2. 8⁰. tomus I. pag. 308. tom. II. pag. 394.

6⁰. *P. Marian Stummers des Franziskaner-Ordens der Marianischen Provinz in Ungarn, und der K. Freystadt Pest gewöhnl. deutscher Sonntagspredigers Fastenpredigten von Glaube, Hoffnung, Liebe nach der Mode. Gehalten in der Haupt-Stadtpfarrkirche der königlichen Hauptstadt Ofen in Ungarn im Jahre 1794.* Pestini 1799. 8⁰. pag. 154.

7⁰. *Aufrufspredigt zum Ehrnwürdigen Soldatenstande, gehalten über das Evangelium des 4-ten Fastensonntages zur Zeit des französischen Krieges vom P. Marian Stummer* etc. Pestini 1800. 8⁰. pag. 22.

8⁰. *Predigt von der Verehrung Mariä. Als ein Wohl Edler, Löblicher Rath, und die gesammte Ehrsame Bürgerschaft der Königlichen, Ungarischen Haupt- und Freistadt Ofen das erste Jahrhundert der gnadenreichen Bildniss Mariä zum Blut genannt, in der neuerbauten Pfarrkirche der Kristinastadt, den 5-ten August 1800 mit wahrer christlichen Feyerlichkeit begangen hat. Vorgetragen vom P. Marian Stummer* etc. Pestini 1800. 4⁰. pag. 17.

9⁰. *Rede von der Würde des Priesterthums bei Gelegenheit, da der Wohlehrwürdige Herr Franz Gianone des Hochlöblichen Graner Erzbistums sein erstes Mess-opfer in der Königl. Freistadt Gran der 15. Sonntag nach Pfingsten, als den 6. September 1801 dem Höchsten feyerlichst dargebracht*

hat. Vorgetragen vom P. Marian Stummer des Franziskaner-Ordens, der Marianischen Provinz in Ungarn, und des Hohen Graner Metropolitan-Kirche in der K. Freystadt Tyrnau dermaligen gewöhnlichen deutschen Sonntagprediger. Tyrnaviae typis Venceslai Jelinek. 4°. pag. 18.

10°. *Rede von der Würde und Nutzen des h. Messopfers bei Gelegenheit da der Wohlehrwürdige Herr Johann Becker, des Hochlöblichen Graner Erzbisthums das erstemal selbes in der königl. Freystadt Pesth den 4-ten Sonntage nach Pfingsten, als der 17. Juni 1804, in der Hauptstadtpfarrkirche zu Maria Himmelfahrt den Herrn der Herrschaaren feierlichst dargebracht hat. Vorgetragen von P. Marian Stummer* etc. Pestini 1804. Typis Franc. Josephi Paczkó. 8°. pag. 19.

11°. *Rede über Gottes wunderbare Vorsicht bei Gelegenheit da Franz der II. erwöhlter Röm. Kaiser etc. auch die erhabene Würde eines erblichen Kaisers von Oesterreich zur Freude aller getreuen Vasallen, und Unterthanen angenommen hatte. Gehalten den 16. Sept. als am 17. Sonntag nach Pfingsten im Jahre 1804, an welchem diese glorreiche Ereigniss das k. k. Haus der emeritirten Soldaten sammt dem übrigen Löbl. Militär in der K. Freystadt Tyrnau in Ungarn mit Pracht gefeyert hat. Von Marian Stummer* etc.

12°. *Rede bei Gelegenheit da wegen erlangten Frieden das feyerliche Herr Gott Dich loben wir zu Raindorf nächst der Maria-Hilfer-Linie Wiens in N. O. abgesungen wurde. Gehalten am Sonn- und Festtage der Allerheiligsten Dreyfaltigkeit im*

Jahr 1806. — Von P. Marian Stummer des Franziskaner-Ordens der Marianischen Provinz in Ungarn Prediger, und d. Z. im Wiener K. auch K. K. Militär-Invaliden Hause Feldkaplan. Viennae 1806. 8⁰. pag. 22.

13⁰. *Lobrede auf den Heiligen Bernhard, von Clairvaux, und Stifter des weltberühmten Zisterzienser-Ordens. — Gehalten in der erzherzoglichen Stiftkirche zum heil. Kreutz in Unterösterreich im Jahre 1807. Von Marian Stummer* etc. Viennae. 8⁰. pag. 23.

In mss. *Verschiedene Gelegenheitspredigten zum eigenen Gebrauch des Marian Stummer Franziskaner-Ordens der Reformirten Marianischen Provinz Hungarns.* 4⁰. pag. 500. (mss. in Bibl. Conv. Mar. Prat.)

LXXXV.

P. Pizl Donatus.

Pizl Donatus, patria Kismartoniensis, anno 1773. Budae habitum franciscalem sumsit annos natus 17. sacris Ordinibus anno 1780. ibidem initiatus. A dicto anno nulli certo addictus officio, adiutoriis spiritualibus per varias Parochias operam navabat, ab anno vero 1803. per viginti annos extitit Capellanus localis in Ullendorf, unde in Conventum Németujvariensem rediit.

Elucubrata ab ipso opera mss.

1⁰. *Comentarii in Decretales Libros Gregorii Papae IX.* (Liber 1. agit de Judicibus Ecclesiasticis; 2. de ordine iudiciario; 3. de clericis; 4. de sponsa-

libus et Matrimonio; 5. de crimine. 4⁰. pag. 511. efficiunt universim.)

2⁰. *Introductio in rudimenta Juris Canonici.* 4⁰. pag. 177.

Utrumque opus praefatione et protestatione auctoris insignitum extat in Conventu Németujváriensi.

Supremum obiit diem 11. Octobris an. 1831 in Füzes.

LXXXVI.

P. Nagy Josephus.

Nagy Josephus, an. 1757. in Püspöki Insulae Csallóköz natus, emissis an. 1781. votis solemnibus, presbyter ordinatur an. 1782. — Strigonio Concionator hung. emeritus ad militiam abiit, acturus Capellanum inclytae legionis pedestris 61. Mediolani. In patriam reversus, solutusque an. 1822. vinculis Religionis seraphicae, (salvo tamen ad suam petitionem nexu spiritualis coniunctionis, quapropter necrologio Provinciae nomen eius insertum legitur,) fit Superior Castrensis, moxque inter Canonicos Posonienses cooptatus, seram vixit senectam usque 6. Maii anni 1843, quo Posonii obiit. — Magna concionandi dote praeditum fuisse, patet ex eo, quod ad sermonem festo Protoregis Hungariae S. Stephani — pro quo celebriores invitandi Praedicatores usus invaluit — habendum ipse, nostri adhuc Ordinis, electus fuerit.

Hunc sermonem typis vulgavit sub titulo:

Koronás Fejekben A' kormányzó Hatalom Fő-tiszteletének köteles Védelmezése, Mellyet D. Sz. István, Első Magyar Királynak Megbecsülhetetlen Erdemiből Megmutatott, És A' Budai Várnak királyi Templomában Kiss-Aszszony havának 20-dik napján 1799. Mondott P. Nagy Jósef, Szent Ferentz Szerzetének szorosabb rendén lévő Boldog Aszszony Provintziának Szerzetes Tagja, 61. Nemes Magyar gyalog Seregének Tábori Papja. A' Méltóságos, Nagysdgos Nemes Halgatóinak buzgó kivánságára. Budae 1799. 8°. pag. 27.

LXXXVII.

P. Simko Adalbertus.

Simko Adalbertus, natus an. 1759. in page Knezits Comitat. Bars, veste religiosa an. 1780. indutus, ad sacrum presbyteratum an. 1788. promovetur. Erat Concionator slavonicus. Praeter conciones, proprio semper marte et ad trutinam artis oratoriae elaboratas, indefesso studio Poësim, cuius benigna vena praeditus fuit, colebat; quo minus vero fama inter contribules suos latius percrebuerit, tristi Mecoenatum defectui, gustuique litterario otio inter Slavos illo adhuc tempore minime faventi adscribendum est.

In slavicum vertit et typis edidit:

1° *Skrowná Kňižka Franciskánská obsahugicá Wiprawuwáňi Weci stalich o Začátkoch, a Ziroste Rádu S. O. Franciska: geho Reğulu, Poručenstwi,*

a krátki Wiťáh Reğulnich Prikázáni; a iné rozličné Weci. — Z Rozkazu M. Ch Otca Antoňina Greğuská, Rádu Bratrow Mensich S. Otca Franciska, Obnowenég Prowincie B. P. Marie w Uher. Krag. Lectora a Consultora wislužilého, a skutečného Ministra Prowinciála; Podla obecného, schwáleného, a posawád užiwaného Laťinského Tekstu, s obzwlástnú Pilnosťú čo nagwlastňegse a nagčisťęgse sporádaná, a Chowancom, Franciskánom predrečenég Prowincii, slowenski Gazik užiwagicim, predložená. Tyrnaviae. 1814. 12⁰. pag. 78.

2⁰. *Smútni Spevohlas k Chwále Tovaristva Ježišoveho od Michala Denis Jazikom latinském složeni Rok. 1800. Včil ho ale na slovenski Jazik preložil P. Adalbert Simkó z Radu sv. Franciska v. Kráji B. P. Marii Knaz.* Tyrnaviae. 1824. 8⁰.

Extant plura huius eximii viri poemata typis impressa. Opera autem inedita sunt:

1⁰. *O Poslednich Vecách Cloveka.* 4⁰. pag. 446.

(Celebre poema de quattuor novissimis hominis, idiomate slavico exaratum, textibus S. Scripturae, et Ss. Patrum sententiis ingeniose illustratum.)

2⁰. *Spatreni obsach Učeni Versovnickich na dve Strani rozdelenich.* fol. pag. 135.

(Poesis slavica. Utrumque opus in distichis, iudicioque rei peritorum publica luce non indignum.)

3⁰. *Kniha Žiwota, a neb Welmi krátki Wiklad Literálni na svatu Regulu S. O. Franciška Serafinskeho, Radu Bratrow Menssich zakladatela, podla wiswetleni Rimskich Papešow Mikulaša III. a Kelemena V. a skusenich Učitelow Wikladow, skrz kratke Otázki a gassne Odpowede porádne*

zloženi, k Užiwánu a Cwičenu Bratrow Radu Menssich, Slibujicich Regula S. O. Frančiska Serafinskeho zachowawat na literu. Skrze P. F. Kiliana Kazenberger, Radu S. O. Franciska Bratrow Menssich Recollectow. SS. Bohomiselnosti Lectora Jubilarneho, a Provincie Argent. neb horne Zemi Nemeckég Ex-Provinciala. 4°. pag. 177. (Bibl. Conv. Poson.)

Auctor migravit e vita an. 1827. die 2. Septembris Tyrnaviae.

LXXXVIII.

P. Prvi Urbanus.

Prvi Urbanus, lucem vitalem in Vittencz an. 1775. Nov. 11. conspexit, veste religiosa Malaczkae an. 1795. indutus, presbyter an. 1800. ordinatus. -- Concionator slavonicus.

De eo in Schem. an. 1851. pag. 123. haec leguntur: „Sub hoc Ministro Provinciali — Sigismundo Frantsits — P. Urbanus Prvi, emeritus Concionator, ob defectum Mecoenatis, Conciones suas labio slavico Pestini dictas, in plures cursus dominicales, festivales et quadragesimales dispertitas, typis non procusas, pro successorum usu in manuscripto compingi curat"; et quidem:

1°. *Sermones Festivales. Per Patrem Urbanum Prvi, Ord. Mnor. S. P. N. Francisci Proae. Refor. Sctae Mariae in Hung. concinnati.* Anno 1803. 4°. (Habentur Tyrnaviae.)

2°. *Sermones Dominicales. Per R. P. Urbanum Prvi, Ord. Min. S. P. N. Francisci Proae. S. Mariae in Hung. concinnati.* Anno 1808. 4°. tomi 2. (Habentur Malaczkae et Tyrnaviae.)

Mortuus an. 1840 die 28. Februarii Nitriae.

LXXXIX.

P. Mindszenty Ladislaus.

Mindszenty Ladislaus, natus Sabariae an. 1776. novitiatum exegit in Conventu S. Ladislai an. 1792. presbyter ordinatus Jaurini an. 1800, aetatis suae annum agens quartum et vicesimum. Quattuor annis Lector Philosophiae Nitriae, ad theologicam cathedram ab an. 1805. transiens, in Pratis, Posonii, Tyrnaviae, iterumque Posonii operabatur usque an. 1814. quo, remissis iam emeritus praelectionibus, in Conventu S. Antonii respirio unius anni fruitus est. An. 1821. Provinciae a Secretis factus, gestis antea in nonnullis Conventibus Superioris muneribus.

Hic ad nobilia et industria veterum Provinciae nostrae Patrum exempla, indefesso studio multa connotavit, e plurimis libris, ephemeridibus et antiquis scriptis notatu et scitu utilissima excerpsit, et in pluribus tomis reliqui fecit, suoque testatus exemplo: subcisivis ab incumbente officio horis permultum, si adsit animus, posse agi ad emolumentum posteritatis. E proprii penu ingenii depromebantur:

1°. *Synopsis Doctrinae Religionis. Illustrissimo quondam Comiti Carolo Eszterházy de Galantha qua humaniorum Scholarum Alumno traditae per P. Ladislaum Mindszenty Ord. S. P. Francisci Provinciae Hungariae S. Mariae nuncupatae Alumnum, Ss. Theologiae Lectorem ordinarium 1808/9. — (Per eundem denuo in chartam conjecta Posonii mense Junio, 1840.)* 8°. pag. 80.

2°. *Aurifodina scientiarum. Conscripta per Ladislaum Mindszenty, Ord. S. Francisci.* Kismartonii. 1833. 8°. (Utrumque in Bibl. Conv. Poson.)

Fatis cessit Posonii an. 1845 die 23. Aprilis, qua Ss. Theol. Lector, Secretarius et Consultor Provinciae emeritus.

XC.

P. Albertiny Reparatus.

Albertiny Reparatus, patria Posoniensis, natus an. 1777. 17. Maii, in S. Ladislao seraphicum habitum sumsit an. 1797. ordinatus presbyter an. 1801. — Annis aliquot in munere Concionatoris expletis, maximam vitae partem qua Capellanus castrensis Praesidii Pestiensis et domus Invalidorum militum ibidem exegit.

Typis edidit:

Rede von dem Werth des Alters, und von unsern obligenden Pflichten gegen dasselbe; welche am 17. September 1826, als der H. E. W. k. k. Feld-Superior von Hungarn, Kroatzien, Slavonien und Banat, Ehren-Mitglied des Raaber Domkapitels, Ma-

thias Victorinus v. Varjú, in der, am selbem Tage ihr Schutzfest die Erhöhung des h. Kreutzes, feyernden k. k. Garnisons-Kirche zu Ofen, dem Ewigen sein feyerliches Dankopfer, wegen seiner 50-jährigen Priesterwürde dargebracht hat, und vorgetragen worden ist von Reparatus Albertiny, emeritirter Prediger des Seraphischen Ordens Marianer Provinz, der Zeit k. k. Prämier-Invalidenhauses, und Pesther Garnisons-Kaplan. Budae. 1826. Typis Universitatis hung. 8°. pag. 20.

Auctor mortuus est in Iváncz, possessione Comitum Zsigray, qua Capellanus dominalis, an. 1847 die 10. Octobris.

XCI.

P. Motossényi Raymundus.

Motossényi Raymundus, lucem primam Tyrnaviae conspexit an. 1781. in Ordinem an. 1800. adscitus, presbyter an. 1804. ordinatus. In cathedra germanica annis quinque Malaczkae, totidem Pestini ad concionem pronunciavit, dein an. 1815. Capellanus regiminis factus, lustrisque tribus in hac sorte emensis, Ordinis vestem exuens, an. 1830. inter seculares sacerdotes est cooptatus. Nostrae adhuc disciplinae parens

Typis vulgavit:

Warnungs-Rede, nach der am 31. Jänner 1818 an dem berüchtigten Räuber Joh. Georg Grasel, und dessen Mitschuldigen: Jakob Fahding und Ignaz

Stangel mit dem Strange vollzogenen Hinrichtung. Auf dem Richtplatze vorgetragen und auf Verlangen zum Drucke befördert von Raymund Motossényi, Feldkaplan des löbl. k. k. ersten Uhlanen-Regiments Herzog zu Sachsen-Koburg. Viennae 1818. 8⁰.

XCII.

P. Ambrus Callistus.

Ambrus Callistus, lumen vitale accepit in Bezenye an. 1783. seraphico Ordini votis solemnibus se an. 1804. obstrinxit, presbyter an. 1806. qua Theologus 2. anni ordinatus. Disciplinas clericales an. 1808. emensus, confestim Philosophiam profiteri Strigonii apud nostrates perrexit, verum paulo post, anno quippe 1811. ad militiam abiit, quam continuis viginti duobus annis, ceu Capellanus castrensis, secutus est; pluribus etiam Religionis et Historiarum in Instituto militari Mediolani annis egerat Professorem, in quo quidem munere talem se exhibuit, ut civili Numismate aureo clas. 2. insigniri dignus repertus fuerit.

Misso militiae nuncio ad concionem germanicam dixerat Posonii; hic loci typis edidit:

1⁰. *Der heilige Kreuzweg. Eine Anleitung den schmerzlichen Weg, welchen Jesus Christus am Charfreitage in 14 Stationen zurückgelegt hat, heilsam und zur Erlangung der von verschiedenen römischen Päpsten und letzthin von Clemens dieses Namens den XII. für Jerusalem bewilligtem Ablässe,*

zu besuchen. Verbesserte und vermehrte Auflage. Von P. Callistus Ambrus, emeritirten Feld-Kaplan und damaligen Fasten-Prediger. Mit Bewilligung der Obern. Posonii 1835. 8⁰. pag. 43.

2⁰. *Szvéti Krišni Put kogaj Jesus Krisztus na véliki Pétak sz. krisem oblosen va cseternaiszti Statzia, do Briga Kalvarie obversil. Zmarlyivim Trudom szkupaznosen i Horvatzkomu Narodu na duhovnu Császt aldován od P. Kalisztusa Ambrussa Réda Serafinszkoga Mariaszke Provinczie Mássnika.* Sopronii 1844. Typis Catharinae Kulcsár. 8⁰. p. 60.

Ultimum vixit Kismartonii an. 1845 die 19. Januarii.

XCIII.

P. Machek Macarius.

Machek Macarius, Comaromii an. 1783. natus, habitum franciscanum Malaczkae an. 1800. indutus. Sacris Tyrnaviae initiatus an. 1807. Ad theologicam cathedram, postquam anno uno Philosophiam tradidisset, promotus, ita versabatur, ut praelectionibus suis exemplari vitae ratione summum pondus adderet; neque erat quisquam discipulorum, quem non aliqua parte proficere viderit, quibus tamen palmam P. Stanislaus Albach omnibus eripuit. Munus Superioris post breve tempus recusavit, satius ducens bene subesse, quam praeesse mediocriter. —

Edidit:

1⁰. *Kurze Anmerkung über das in 76 Vater-unser bestehende Layen-Brevier der mindern Brüder,*

das ist: geistreiche Erklärung anmüthigster Gedanken, welche sich die zur Betung des in 7 Chorstunden von dem seraphischen Erz-Vater S. Francisco *ausgetheilten Vater-unser, verpflichtete Layen bei einem jeden derer zum Trost und Ermunterung ihres Geistes machen können. Aus dem edlen Wercklein (sonst* Medulla S. Evangelii *benannt)* a R. P. Bonaventura Dernoye *weiland dieses Ordens Priester und Provincialen der reformirten Provinz des heil. Josephus in Flandern (zum Trost und Nutzen deren Layern Brüdern der reformirten Provinz der heil. Mariae in Ungarn) aus dem lateinischen, in das Deutsche übersetzt, mit einem Anhang des von obbemeldten heil. Erz-Vater geistreich erklärten Vaterunsers, wie Er es selbst täglich, bei allen Tagzeiten zu beten pflegte Mit Genehmhaltung deren Oberen.* Posonii. 1816. Typis Haered. Belnay. 8⁰. pag. 40.

2⁰. *Rede, welche bei Gelegenheit der feyerlichen Erneuerungen der Ordens-Gelübde gehalten wurde, da der geistliche Bruder Rupertus Scharch aus den Orden des heil. Francisci von Assis, Marianischer Provinz, nach vollendeten fünfzigsten Jahre dieselben am 7. Hornung 1817 erneuert. Verfasst und vorgetragen von M.. M..* Posonii. 1817. Typis Haeredum Belnay. 8⁰.

In odore sanctitatis obiit an. 1844 die 11. Aprilis Posonii.

XCIV.

P. Golessény Pantaleo.

Golessény Pantaleo, an. 1786. Martii 16. in Assa-Kürth natus, vestem religiosam an. 1802. indutus, Tyrnaviae an. 1809. Aprilis 2. presbyter ordinatus. Optimo cum successu emensis studiis theologicis, primum quidem Philosophiae, brevi autem Theologiae Lector instituitur. Gestis diversis, nempe Superioris, dein a Secretis muneribus, ob insignem morum gravitatem, doctrinam, regendive prudentiam an. 1830. Minister Provincialis vice prima an. 1839. altera, an. 1848. tertia, demum 1857. an. quarta eligebatur. Tempore iam primi sui Ministerii curam omnem eo convertit, ut, decessorum voto conformiter, Bibliotheca Provinciae in ordinem redigatur, stabili, commodoque loco donetur, consignetur; eapropter an. 1840. seclusum, commodis scriniis instructum ambitum in Bibliothecam elegantem transformavit, integramque litterariam supellectilem, volumina 5000 et ultra iam tunc efficientem, e secunda contignatione, ne paries, tanto onustus pondere, faceret vitia, commodiorque pateret accessus, in dictum locum deportari, ingressumque tali inscriptione notari curavit:

Si quid inest nobis, quod multum exile fatemur,
Hoc sensim taciti nos docuere libri.

Nixus est porro, ut quae de observantia religiosa salubriter olim statuta fuerunt, effectui mancipentur, atque educatio Cleri iunioris Religiosi solerter curetur. Anno 1847. a S. Congregatione negotiis Episcoporum ac Re-

gularium praeposita Ex-Definitor Generalis totius Ordinis renunciatus est. Romam an. 1856. evocatus, coram plena Congregatione totius Capituli Generalis de immaculata B. V. Mariae conceptione laudabili scientia et zelo exaratum sermonem pronunciavit, quem redux typis subiecit. Rara sapientia et mansvetudine rexit Provinciam, obque excellentia merita et animi dotes dignus habitus fuit, ut a C. R. Ap. Maiestate insignis ordinis Francisci Josephi I. Eques crearetur an. 1859. — In Fasciculis Eccl. litterariis 1841. tom. 2. pag. 233. publicavit:

1⁰. *S. Francisci Seraphici responsum.*

Sermo memoratus impressus est sub titulo:

2⁰. *Sermo de Immaculata Conceptione Beatissimae Virginis Deiparae, Ad P. T. Patres Vocales, Pro Generali Capitulo totius Ordinis Minorum S. P. N. Francisci, Romae in Conventu B. M. V. de Ara Coeli, sub Augustis Auspiciis Sanctissimi Domini Nostri Pii Divina Providentia Papae IX. congregatos, habitus ibidem per P. F. Pantaleonem Golessény, eiusdem Ordinis, Ref. Provinciae Hungariae, nunc S. Mariae nuncupatae Ss. Theologiae Lectorem emeritum, tertio Ex-Ministrum Provincialem, actu Custodem, et Ordinis Ex-Definitorem Generalem. Die 5. Mensis Maii Anno Domini 1856.* Posonii. 4⁰. pag. 20.

Hic porro recte iniicitur mentio de manuscripto opere (4⁰. pag. 193.) quod *Theologia moralis* inscribibitur, atque summam Studiorum theol. apud nostrates illo tempore tradi solitorum, versibus hexametris comprehensam, in Tractatus et Paragraphos dispescitam continet. Manuscripti paginae aliquot antecedentes vacuae relictae, tardius fortasse inscribendae fuissent. Praeci-

puam in versificando operam P. Adalbertus Simko et P. Laurentius Valkovits contulerunt, motor vero rei, atque corrector, ipse P. Pantaleo fuerat. — In colophone operis sequens distichon habetur:

Atque haec sufficiat praecepta dedisse ligato,
Fusius ista stylo prostant volvenda soluto.

(Mss. extat in Bibl. Conv. Pest.)

Professione et Sacerdotio iub. obiit an. 1863 die 23. Aprilis Tyrnaviae.

XCV.

P. Vajda Hilarius.

Vajda Hilarius, Strigonii in lucem editus an. 1789. novitiatum in S. Ladislao an. 1807. subivit, presbyter factus Tyrnaviae an. 1813. — Cathedram hungaricam tenuit usque an. 1819. dein Capellanus Regiminis ab hoc anno esse perrexit, factusque Superior et Vicarius Generalis Castrensis per Magnum Principatum Transylvaniae; demum an. 1845. seraphico Instituto nuncium remittens, inter seculares cooptatus, et qua Canonicus honorarius Ecclesiae Albensis in Transylvania, unaque Parochus Abrudbányaënsis vitam finivit an. aetatis 83.

Nostri adhuc Instituti vulgavit typis:

Egyházi Beszéd, Mellyet Ő Királyi Felsége Maximilian József Bajor királyi Nevet 31. szám alatt Viselő Erdélyi N. Fejedelemség N. Gyalog-ezredének Uj Hadi Zászlói Midőn Fényes Szertartással Felszenteltetnének, Bécsben Sz. András Ha-

vának 16-dik Napján 1824. Eszten. Tartott Vajda Ignácz Hilár A' N. Ezrednek Káplánya. Viennae. 8°.

XCVI.

P. Weidhofer Aloysius.

Weidhofer Aloysius, natus in Nádas Comitatus Posoniensis an. 1790. indutus an. 1810. factus presbyter an. 1813. Concionator germanicus. — Anno 1851. e Consultore Minister electus, labascentem disciplinam restituturus, Joannem Scitovszky, Primatem Regni, Visitatorem apostolicum Roma constitutum, exeunte anno tertio sui Ministerii, laetus excepit. „Vir eximiae pietatis, — ait Schem. an. 1866. pag. 60. — religiosae vitae promotor indefessus, ac sacrorum exercitiorum ductor zelosissimus, spiritum religiosum magnopere renovavit."

Opera eius mss. *(Conciones, Allocutiones etc.)* terso stylo latino exarata hodiedum communibus passim manibus teruntur.

Pientissime obiit Posonii an. 1857 die 10. Februarii.

XCVII.

P. Seifried Berardus..

Seifried Berardus ortum habuit in Ujvároska Comitatus Nitriensis, viginti annos natus et unum ad Ordinem suscipi petiit an. 1812; mansvetudine aequales

suos et assidua diligentia superare intentus, cunctorum amorem sibi conciliavit ita, ut, vix trium annorum religiosus, ad s. presbyteratum promoveretur an. 1815. E studiis an. 1818. emancipatus, annum subsequum praeparationibus philosophicis — hanc enim cathedram erat ascensurus — impendit; verum, mutatis rebus, pro Concionatore Comaromium disponitur, unde an. 1820. pro Curatore ad Spiritum S. Strigonium, post triennium vero Tyrnaviam translocatus, munere Concionatoris slavici fungebatur, multum laudatus ab infatigabili zelo et a promptitudine infirmis serviendi. Paucis annis munus Guardiani in Conventu Malaczkaensi sustinuit. Ultimos vitae annos in Administratione Bucsány exegit, atque an. 1855 die 23. Augusti piam animam exhalavit.

Dictas a se conciones, testimonio plurium typo destinatas, in manuscripto reliquit, et quidem:

1⁰. *Rok milostivi, anebošto Kázne Jubilejné, které Mnoho-velebni Otec Berardus Seifried Radu menšich svatého Otca Franciška serafinského, Kragu blahosl. Panni Marie skutečni Kazatel k duchovnému Prospechu Ludu slovenskému prednesol. V Malackách roku 1826.*

2⁰. *Kázne na všetki celého Roku nedele které P. Berardus Seifried Radu menšich svatého Otca Franciska serafinského Kraju blahos. Panni Marie skutečni Kazatel spisal, a vericému Ludu vihlasil.* 4⁰. (Conciones 35.)

3⁰. *Kázne na udelené od IX. Pius Papeša roku 1850., 1851., 1852—1855. zmeritedelné jubileumske Odpuski: jako aj o vidržanich duchovnich Cvičenach od P. Berarda Seifried Reholnika Ma-*

rianského Ludu vericému prednesene. 4⁰. (Concio-nes 42.)
(Habentur in Conv. Tyrnav.)

XCVIII.

P. Vándorló Narcissus.

Vándorló Narcissus, Strigonii natus an. 1791. Ordini nomen dedit an. 1808. s. presbyteratum Tyrnaviae an. 1814. suscepit. Egit hungaricum Concionatorem. — Auctor est *sermonis sacri, occasione benedictionis Vexilli militaris ad cohortem velitum dicti Veronae.*
Obiit an. 1831 die 11. Maii Tyrnaviae.

XCIX.

P. Borsó Venceslaus.

Borsó Venceslaus, ortum habuit Pápae an. 1791, novitiatum subivit Malaczkae anno 1811, presbyter an. 1814 ordinatus. Plurimis annis Cooperator spiritualis in Csács, dein Capellanus localis apud Sp. D. Ghiczy in Turi-Szakállas. An. 1864 die 26. Augusti Professione et Sacerdotio iubilaris obiit in S. Antonio.
In manuscripto opusculo *popularem methodum exhibuit conficiendi solare horologium.*
(Bibl. Conv. S. Antonii.)

C.

P. Paulovics Damianus.

Paulovics Damianus, patria Albaregalensis, 21 annos natus Ordini solemnibus votis se obstrinxit an. 1815, promotus in presbyteratum an. 1819. Initio Concionator, dein multis annis scholae capitalis Sabariae fuit Professor, quae civitas, meritorum in educanda iuventute comparatorum copiam quadamtenus remuneratura, illum diplomate Civem Sabariensem renunciavit. Ad rostra sacra rursum reversus, tam sedulo agebat, ut titulo Praedicatoris Generalis insignitus fuerit.

Praeter Preces quasdam sparsim impressas, et alia in ephemeridibus: *Religio, Kath. Néplap, Jelenkor* et *Kath. Lelkipásztor* publici facta iuris, sequentia edidit opuscula:

1°. *Egyházi Szózat, melyet tisztelendő Klementovics Gratián (Karácson, ker. név: András) testvérnek, ferenczrendi Szűz Máriáról czimzett rendtagnak ünnepélyes szerzetes fogadalma alkalmával Pápán 1849. év November hó 25-én mondott Paulovics Dömjén hitszónok, most Isten kegyelméből 3-ad éves aranymisés.* Strigonii. 1871. apud. Aegidium Horák. 8°. pag. 11.

2°. *Párbeszéd, Az az Hasznos oktató olvasmány, Mindkét Nembeli Ifjuság számára. Irta P. Paulovics Dömjén Szüz Máriáról czimzett Ferenczrendi Ünnepelt Hitszónok, Tanár, Szombathely Vár.*

Diszpolgár, Tartományi Rendtanácsos, Hat Éves Arany Misés. Budapestini. 1874. 12°. pag. 135.

Edidit porro *Versus correlativos* in honorem P. Aug. Mayer.

Vir pietate spectatissimus Budapestini apud PP. Servitas — durante aedificatione nostri Conventus novi — an. 1876 die 19. Junii obiit.

CI.

P. Pelczmann Gregorius.

Pelczmann Gregorius, Weszprimii an. 1794 in lucem editus, veste religiosa an. 1815. sumta, presbyter an. 1821. ordinatur. Concionatorem diversis in locis, imprimis Pestini ultra 5 fere lustra egit zelosissime. Qua Superior Conventus Simontornyensis, Administratorque Parochiae itidem, elementarem e fundamento exstrui fecit scholam trium classium. Operosus admodum in pastoralibus functionibus edendisque libris, pietati promovendae inservientibus, titulo Praedicatoris Generalis Roma insigniebatur.

Prelo subiecta eius opera sunt:

1°. *Geistlicher Wegweiser, zur Beförderung der christkatholischen Kirchen- und Hausandacht, zur würdigen und heilsamen Feier der Sonn- und Festtage, und zur täglichen Uebung der christlich sittlichen und geselligen Tugenden, für alle Stände. Verfasst von Gregor Pelczmann, Priester aus dem Orden des h. Franz von Assisi, und Beichtvater der*

wohlehrwürdig. Englischen Fräulein. Mit 1 Stahlstich. Mit Bewilligung des hochwürdigen Graner Ordinariates. Pestini. 1850. 8°. (An. 1854 secundo, a. 1856 tertio, semper auctius editum.)

2°. *Lelki Kalauz. Elmélkedésre oktató Imakönyv ker. kath. Hivek házi és templomi használatára. Szerkeszté Pelczmann Gergely Szent-Ferencz-rendi Áldozár. Bibornok Herczeg Primás s Esztergomi Érsek Ő Eminentiája engedelmével.* Pestini. 1854. Editio secunda auctior. 8°. pag. 743. (Prima prodiit Pestini. 1850. pag. 400.)

3°. *Marianischer Blumenkranz zur Beförderung der Verehrung Mariä, gewunden von P. Gregor Pelczmann, Franciskaner-Ordens-Priester der Marianer-Provinz, und Beichtvater der Wohlehrwürdigen Englischen Fräulein in Pest. Mit Sechs Stahlstichen. Mit Bewilligung Sr. Eminenz des Hochwürdigsten Herrn Cardinals und Fürst-Primas zu Gran.* Pestini. 1856. 8°.

4°. *Manuale Sacerdotum pro visitatione et provisione infirmorum, item supplicio afficiendorum, nec non sepultura mortuorum.* Pestini. 1863. Cum approb. Cels. Principis Primatis, et A. Eppi. Strig. 12°. pag. 204. (quattuor idiomatibus.)

5°. *Mária Virágkoszoruja. Boldogságos szeplőtelen Szűz, Isten Anyja, Minden Szentek Királynéja tiszteletére Szerkeszté Pelczmann Gergely, szent Ferenczrendi áldozár. Bibornok Herczeg Primás és Esztergomi Érsek, Ő Eminentiája engedelmével.* Pestini 1862. Lauffer et Stolp. 8°. pag. 457.

Defunctus Pestini an. 1870 die 11. Novembris.

Recensetur inter Scriptores Hung. in *Magyar Irók É-gyüjtménye.* Pestini 1858. pag. 252.

CII.

P. Albach Stanislaus.

Albach Stanislaus, aeternum decus et ornamentum Provinciae nostrae, pauperibus, sed honestis ac piis parentibus Posonii an. 1795. 28. Januarii progenitus, scholas elementares et aliquot gymnasiales in patria urbe emensus, praestans et magnae expectationis iuvenis, vix sextum decimum annum agens aetatis, Ordini nomen dedit; anno probationis in S. Ladislao transacto, Albae-Regiae philosophicis', in Pratis vero Marianis, et Posonii theologicis disciplinis, magistris, quum pietate tum scientia (e quibus Macarium, cognomento Machek, in fama sanctitatis obiisse traditum), illustribus usus, solertissime incubuit. Presbyter an. 1818. 9. Martii ordinatus, hocce iam anno Érsekujvárini, dein Tyrnaviae, Kismartonii postmodum ad concionem dixerat. atque hinc, non exiguae famae compos, Pestinum (1825) transiit. Hic loci benevolentia, familiaritateque multorum quum scientia tum splendidis natalibus illustrium virorum sine ostentatione perfruitus, famam in dies crescentem expertus est, attamen minime immunem (uti passim accidere solet) obtrectatione invidorum. An. 1832. per regna Borussiae, Saxoniae, Bavariae, Tyrolis, et Austriae animi refocillandi et experientiae augendae gratia iter suscepit, e quo redux restauratis viribus ad concionem di-

cere continuavit usque annum 1838 quo subdolis machinationibus sidus hoc Metropoli Hungariae subductum est. Secessum quaerens Kismartonium concessit, ubi plus otii litteris se indulgendi obtinuit. Inde an. 1839. invitante Episcopo Joanne Stankovits, Jaurinum pro servandis quadragesimalibus sermonibus abiit; insequente vero anno, votis Josephi, regni Palatini, atque Primatis Josephi Kopácsy obsecuturus, Posonii coram celeberrima Procerum et Episcoporum, diversique generis auditorum frequentia „de Fide, Spe, et Charitate“ in cursu quadragesimali peroravit. Ab anno 1840, ob statum valetudinis cathedrae nuncium mittens, in alia scientiarum parte operam insumsit, qua, non secus ac prius, de patria sua optime meruit. Infirmam stomachi valetudinem, qua se laborare dudum observabat, curaturus, coelum Italiae salubrius invisit; ibidem tempus augendae herbariae Collectioni suae partim impendit, partim legendis libris gallicis et germanicis applicuit ita, ut nullum legeret librum, quin inde excerperet, vel, sicut et antea solitus, annotationibus prosequeretur, iisque appositis et utilissimis, quae vices crisis lectorum articulorum merito sustinent.

Mortem an. 1853. 12. Nov. expectatione citius supervenientem cuncti boni tristissimo sensu exceperunt, iustaque funebria pluribus in locis solemniter persoluta fuerunt. Ossa eius in crypta Kismartonii quiescunt, signata tabula mamorea a Pestiensi auditorum quondam suorum communitate missa. —

Quanta vero vir hic, plurima promeritus, parco Consultoris hab. Provinciae titulo distinctus, et pietate et scientia excelluerit, e documentis et attestationibus hic adferendis recte iudicare licebit.

De eo, ut oratore, laudabilem mentionem magnus ille literator, Kazinczy Franciscus an. 1828. et 1831. facit in epistolis ad Isidorum Guzmics, Abbatem O. S. B. in Bakonybél, datis — Freumund, verbi divini apud Protestantes Minister an. 1831. ait: „a plurimis, multo tempore Ecclesiam iam non frequentantibus, cum gaudio et persaepe fuisse illum auditum". — Friwaldszky, membrum Acad. hung. Collectionem eius herbariam „tanquam eximiam et omnibus numeris absolutam" laudat. Director vero Nationalis Musaei hung. an. 1854. 16. Nov. nro. 264. in epistola gratias agente sic dicit: „quo magis illam scrutamur, hoc maior nos rapit admiratio quum profundae scientiae, tum indefessi studii huius viri, cui tantum thesaurum debemus."

Albach Stanislaum, musicae quoque peritum, familiaritate Liszt Francisci, Musicorum Coriphaei, non exigua usum fuisse, huius ad illum data epistolia plura, cumprimis vero sequens, quod in originali subnectere libuit, abunde probant: „Hochverehrter Freund! Ich habe mir erlaubt, Ihnen meine Messe zu widmen. — Empfangen Sie diese schwache Gabe so wie ich sie Ihnen darbringe — herzlich und liebevoll — in unserm Herrn und Heiland Jesum Christum." (Datum Lipsiae an. 1853. duobus mensibus ante mortem laudati Albach.)

Colophonem omnibus addat epistola Principis Primatis Regni et S. R. E. Cardinalis Alexandri a Rudna, quam instar omnium adferre suffecisset ex eo, quod nemo illo competentior iudex pro ferenda de eius functionibus et meritis, Religionem sacram respicientibus, sententia possit inveniri vel desiderari. Hic equidem in epistola sua ad P. Albach Stanislaum Posonii de 7. Julii an. 1826. data sic scribit: „A pluribus iam, satque fide-

digne relatum accepi: Te tum egregiis ad dicendum dotibus ab Authore naturae instructum esse, tum in excolendis his Tuis donis indefesso conatu eniti; ut adeo et avide audiaris a conferta fidelium multitudine, et praeclarum feras contentionis Tuae fructum in augenda religionis re pietateque. Haec iudicia hominum confirmata video binis sermonibus, quos in principali Ecclesia Pestiensi dixisti occasione processionis Jubilaris, quosque recenter typis procusos cum voluptate pervolvi. Gratulor sane Tibi de his, quas a Datore bonorum omnium nactus es egregiis dotibus; — — sed et Pestiensibus fidelibus meis congaudeo, quibus haec accomoda spiritualis esca per Te obtigit" etc. Similis tenoris est etiam altera Strigonio de 29. Decembr. an. 1830. data ad eundem P. Albach.

Typis ab eo procusa sunt:

1⁰. *Ueber menschliche Unzufriedenheit. Gesprochen in der Ordens-Kirche der E. E. W. W. Dominikaner zu Oedenburg am dritten Tage in der Bittwoche von J. S. A Priester aus d. Ord. des h. Franz von Assisi.* Kismartonii. 1825. 8⁰.

2⁰. *I. Was ist der Ablass? II. Ist es der Mühe werth, selben zu gewinnen? Beantwortet bei Gelegenheit des feyerlichen Jubiläums 1826 zu Pesth in der innern Stadtpfarrkirche von J. Stanislaus Albach, Priester aus dem Orden des h. Franz von Assis.* Pestini 1826. 8⁰.

3⁰. *Heilige Anklänge. Gebetformen zunächst für katholische Christen von J. S. Albach. Priester aus dem Orden des heil. Franz v. Assisi.* Pestini 1828. 12⁰. pag. 380.

4⁰. *Erinnerungen an Gott, Tugend und Ewig-*

keit in Predigten. Von J. S. Albach, Priester aus dem Orden des h. Franz v. Assisi. Pestini 1831. 8°. In libraria Mülleriana. pag. 425.

5°. *Kurze Geographie von Ungarn; zum Unterrichte für Kinder. Nebst einem vierfachen Anhange für Erwachsene; betreffend die Grösse, Volkszahl und Schulanstalten der Gespanschaften, Städte und vorzüglichsten Marcktflecken des Reiches, sammt einer Uebersicht der Klösteranzahl desselben. Zusammengetragen von J. S. Albach, Priester aus dem Orden des h. Franz von Assisi.* Pestini 1834. In libraria Mülleriana. 8°. pag. 207.

6°. *Kurze mathematische, physische und politische Geographie. Als Einleitung zur Erdbeschreibung überhaupt, und besonders zur Geographie von Ungarn. Zum Unterrichte für Kinder zusammengetragen von J. S. Albach, Priester aus dem Orden des h. Franz von Assisi. Mit einer Kupfertafel.* Pestini 1834. In libraria Mülleriana. 8°. pag. 84.

7°. *Der Weise in der Zeit der Trübsal. Ein Wort der Stärkung und des Trostes, geschöpft am Kreuze Jesu, und gesprochen am zweiten Tage der Ostern (16. April 1838) zunächst an Jene, die durch die Überschwemmung der kön. ungarischen Freistädte Ofen und Pesth im März desselben Jahres zu Schaden gekommen sind. Dabei als Anhang eine kurze Schilderung des Ereignisses, zur bleibenden Erinnerung an das Erlebte auch in spätern Jahren. Von J. S. Albach, Priester aus dem Orden des h. Franz v. Assisi. Der Ertrag ist für die Verunglückten bestimmt.* Pestini. In libraria Müller. 8°. pag. 1—27. 28—66.

(Concio bis impressa; perorata post luctuosam inundationem 1838. anno in emolumentum damno affectorum; lucrum alterius impressionis vero cessit Instituto Coecorum Pestiensi.)

8°. *Stunden der Andacht. Erinnerungen an Gott, Tugend und Ewigkeit von J. S. Albach, Priester aus dem Orden des h. Franz v. Assisi.* Pestini. 12°. pag. 382.

(Continent quosdam Sermones e libro sub nro. 4. adducto cura librarii eo, praeter alium, fine excerptos, ut in commodiori libri Precum forma vulgatiores fierent.)

In Mss. reliquit:

9°. *Kurzgefasste Geschichte der Ungarn aus dem lateinischen des Glycerius Spányik.* (Bibl. Conv. Poson.)

Conciones et quaedam alia eius opera in hungaricum idioma traducta; liber autem Precum — pro cuius commendatione id unum attulisse satis: quod a b. m. Francisco I. Austriae imperatore et rege Hungariae unum exemplar donatum fuerit Principi a Reichstadt, filio Napoleonis I. Galliarum imperatoris, nepoti suo in memoriam primae Confessionis sacrae, — in originali germanico, nec non versionibus (uti hungarica, gallica, quin et italica anno 1844. Mediolani procusa, dicata Sereniss. Princ. Mariae Carolinae Augustae) tam copiosas nactus est editiones, ut hic nomini ad posteritatem traducendo fere unicus sufficiat. Collectionem herbarum 2500 species complexam et proprio confectam marte, cum manuscripto 13 volumina efficiente, ante mortem suam Superiori Conventus tradidisse actuque in Nationali Musaeo hungarico custodiri constat. Bibliotheca exquisitis constans libris in Bibl. Provinciae seorsim posita, decorata vera eius effi-

gie, pie asservatur, una cum Collectione Mineralium nimis pretiosa.

Vitam eius texuerunt et effigiem publicaverunt ephemerides patriae: *Az ország tükre.* Pestini 1865. nro. 30; *Fata Morgana. Pester Blätter.* Pestini 1865. nro. 31; *Képes Ujság.* (Scriptore Vilhelmo Kurtz, Prov. nostrae sacerdote.) Pestini 1865. nro. 17; extera: *Die Gartenlaube.* Lipsiae 1865. nro. 26; recensetur et laudatur inter Scriptores Hung. in *Magyar Irók. Életrajzgyüjtemény* a Jac. Ferenczy et Jos. Danielik. Pestini 1856. pag. 2.

CIII.

P. László Dominicus.

László Dominicus, natus Sabariae an. 1796, Ordinem ingressus an. 1814, presbyter ordinatus an. 1820. Concionator hungaricus. A Censore Ordinis revisas et adprobatas Conciones suas typis, ut intendebat, procudere, morte praeventus, impediebatur, quae tamen asservantur sub titulo ab auctore praefixo:

Az Üdvözitö Istenröl 8 Prédikátió.

(Bibl. Conv. Pest.)

Auctor, in vivis propter multa ingeniose et facete dicta cunctis carus, fidaque apud plurimos memoria superstes, obiit an. 1864 die 10. Januarii Andocsini.

CIV.

P. László Lazarus.

László Lazarus, in Sándorháza Comitatus Zalaënsis an. 1799 natus, duodeviginti annorum adolescens novitiatum in Conventu S. Ladislai, suo natali solo vicino, intravit, Philosophiam Strigonii, quattuor theologicos cursus Lectoribus: Laurentio Valkovits, in s. Disciplinis et linguis orientalibus ita erudito, ut pro cathedra Universitatis Pestanae (ut fama fert) concurrere non dubitaverit, et Pantaleone Golessény, scientia pari et probitate celebrato, praelegentibus Tyrnaviae absolvit, presbyter an. 1823. ordinatus. — Annos, quos Tyrnaviae ad festivas Conciones hungaras dicendo exegit, una praeparationibus pro Lectoratu impendit, moxque an. 1828. Nitriae nostrates Philosophiam, ab anno vero 1834. Posonii Theologiam docuit. Hic loci pro usu auditorum suorum concinnavit opus mss. sub titulo:

Theologia Moralis, quam proprio marte conscripsit P. Lazarus László. Posonii. 1838. 4°. pag. 202. (Bibl. Conv. S. Ladis.)

Post gestum Sabariae anno 1842. munus Superioris, in Conventum S. Ladislai recessit, non segni indulturus se quieti, verum ut, Superiorum unanimi voluntati obsequendo, Magistrum Clericorum Novitiorum ageret; in quo dein munere triennio perduravit.

Cum moerore fidelium — ait necrologus — in eo patrem suum spiritualem lugentium piam et exemplarem

vitam pari clausit morte anno 1872 die 22. Februarii in Conventu S. Ladislai.

CV.

P. Gazdgyik Methodius.

Gazdgyik Methodius, natus in Rajecz an. 1802. natione slavus, ad Ordinem 1823. assumtus, presbyter an. 1828. est ordinatus. E studiis emancipatus pro Cooperatore ad Parochiam Szobensem adplicatus, una se pro Lectura praeparavit. An. 1835. Constantinopolim abiit, ibique in Custodia FF. Minorum qua Missionarius Apostolicus in cura animarum 14 annos laboriose exegit, inde an. 1850. in patriam reversus, Aggregati Provinciae Patris titulo decoratus, deinceps etiam fidelem se praestitit evangelicae vineae operarium in Parochia Tóth-Megyer. *Fata et vicissitudines suas in Metropoli Turciae expertas, adiectis aliis, praecipue vero ethnographicis notitiis in ephemeridibus Ss. Cyrilli et Methodii lingua slavica publicavit.*

Viam universae carnis ingressus est Nitriae an. 1872 die 6. Maii.

CVI.

P. Hoditsch Henricus.

Hoditsch Henricus, natus Pestini an. 1803, quindecim annorum iuvenis vestem religiosam induit, presbyter an. 1826 ordinatus. — Immatura morte obiit Pestini an. 1828 die 6. Septembris.

Typis vulgavit:

Predigt bey Gelegenheit der feyerlichen Einweihung der ehemaligen Pauliner Kirche in Wandorf, vorgetragen den 19. August des Jahres 1827 von P. Heinrich Hoditsch, Priester aus dem Orden des h. Franz v. Assisi. Sopronii. 1827. 8⁰.

CVII.

P. Nyürö Sigismundus.

Nyürö Sigismundus, ortum habuit in Nagy-Födémes Comitatus Posoniensis, iuvenis duodeviginti annos natus seraphicam disciplinam amplexus est an. 1822. presbyter an. 1828. ordinatus. — E Lectore Philosophiae, quam nostrates annis aliquot docuit, ad gymnasium Érsekujváriense translatus, munus Professoris innata sibi solertia obivit. Ab an. 1846. Conventui Sabariensi per triennium praefuit, unde Secretis Provinciae muniis functurus Posonium an. 1849. transiit. Posonii occasione sui

muneris usus Archivum diligenter lustrare, documenta investigare, et eo scopo ordinare non cessavit, ut pragmaticam Provinciae nostrae Historiam recte contexere valeret.

Pro ingressu statim *Collectanea* P. Eugenii Kósa defloravit, adiectisque aliquibus novis in Schematismo an. 1851. eo fine publicavit, ut — cum tam grande opus publicae integrum luci mediis ad id necessariis ob manus non habitis non posset proponi: — praecipuae saltem partes operis eius ad illorum, quorum interest, notitiam pervenirent. Tristia annorum 1848. 1849. adiuncta sparsaeque domi forisque in Ordinem calumniae operi *Historiae* occepto aliquantisper supersedendum, calamumque eo dirigendum svaserunt ei, ut malo quam citissime occurreret. Eapropter in pagellis *Religio* (curs. an. 1850.) vigintiquinque articulos publicavit sub titulo: *Adatok a sz. Ferencz-rendiek történetéhez honunkban.*

Compositis post tanta turbamenta rebus et animis, labori confestim se accinxit, fructumque suarum de *Clarissis in Hungaria Monialibus* historicarum elucubrationum, quae eius *Historiae* — teste libro: Magyar irók. Pest. 1858. pag. 231. iam ad umbilicum perductae — in manuscripto existentis pars suspici possunt, in iisdem pagellis proposuit.

Praeterea vir hic, Historiarum peritissimus, et ferreae in laboribus assiduitatis, ad augendum litterarii apud suos contribules otii amorem, non suos tantum s. Sermones, variis dictos occasionibus, sed integram Sermonum seriem, cum interventu suorum, in menstruis fasciculis edere contendebat; interim an. 1853 die 25. Januarii morte, opinione citius, pro magno moerore et haud reparabili Provinciae damno, abreptus, nec Ordinis

Historiam, nec s. Sermones typis edere potuit. *Sermones* mss. supersunt in Bibl. Posoniensi. *Historia* desideratur.

Recensetur et laudatur inter Scriptores Hung. in *Magyar Irók. É-gyüjtemény* a Jos. Danielik. Pestini 1858. pag. 231.

CVIII.

P. Gegö Nicephorus.

Gegö Nicephorus, vitale lumen adeptus est in Csik-Tapolcza, (iuxta nonnullos minus recte in Csik-Somlyó) pago Transylvaniae, anno 1805. 5. Martii. Vestem Ordinis induit anno 1826. Malaczkae, philosophicis et theologicis studiis Albae-Regalis, Tyrnaviae, demum Posonii magna diligentia incubuit, atque tempus subsecivum occupationibus litterariis, imprimis poësi exercendae impendit, pluraque carmina pro variis occasionibus typis subiecit. Presbyter an. 1829. Albae-Regalis ordinatus, Posonii cathedram an. 1831. primum conscendit, dein Pestini, ubi P. Stan. Albach Provinciam hanc celebribus suis sermonibus iam tunc illustravit, quique ad admirationem suarum virtutum et famae raptum Nicephorum, pulchris a natura dotibus instructum, non ignobilis contentionis aemulum habuit, qui mox communiter *Hungarorum Albach* est adpellatus. Pestino Sabariam translatus, non solum per suggestum, verum editis etiam scriptis cito atque ita inclaruit, ut eruditae Societati hungaricae membrum, quod inter tot, hunc honorem iure et merito sperantes ambientesque non leve distinctionis specimen erat, Correspondens adscribi meruerit an.

1835. Commissae ipsi fuerunt indagationes inter Hungaros Moldaviae (Csángó dictos) faciendae, de quarum successu ad Academiam retulit. Vir erat ingeniosus, culturae, patriaeque amantissimus.

Hic adiicere libet partem epistolae a Domino Principe de Sturdza, Moldaviae Gubernatore, de 5. Nov. an. 1836. ad P. Nicephorum Gegö directae, cuius quidem epistolae causam ex ipsa hac responsoria licet collimare, nempe fuisse: preces in favorem Hungarorum, sub sceptro Principis de Sturdza in Moldavia degentium, a P. Nicephoro — iuxta tenorem suae forte instructionis — interpositas: „Reverende Pater! Litteras Reverentiae Tuae ddo. 26. Octob. a. c. Gyimesino exaratas, ac Nobis substratas, percepimus, et relate ad demissas gratias, quas, ob benignam propensionem, qua in Hungaros, regimini nostro subditos, ducimur, reverentia Tua Nobis referre non intermisit, reponimus: quod prout in genere paterna Nostra cura, ac sollicitudo, totusque animus eo vel maxime tendat, ut universum Moldaviae populum, cuius gubernacula divina favente dementia Nobis concredita habentur, pro posse humano felicem reddamus: ita etiam in specie optimam pectore nostro alimus voluntatem, Hungaros per Principatum Moldaviae degentes, non tantum ut fideles subditos Nostros fovendi, verum etiam tamquam prosapiem nobilis gentis hungaricae, per quam, seculis superioribus familiae quoque Nostrae Sturdzaianae, piae memoriae Maiores inter Proceres Hungariae benigne adoptati, iuribusque ac privilegiis nobilitatis hungaricae insigniti exstitere: peculiariter protegendi.“

Opera eius typis impressa sunt:

1°. *Ode, honoribus A. V. P. Pantaleonis Golessény, Ord. Min.* etc. *dum divo Patrono sacram recoleret diem a Ss. Theol. III. in annum Studentibus reverenter oblata.* Tyrnaviae 1830. 8°.

2°. *Tisztelet-koszorú, mellyet Főtisz. Frantsits Sigmond, Wágner Kap. János és Golessény Pantaleo ő Atyaságoknak, sz. Fer. Rendén a Máriáról neveztetett Magyar-országi szerzetes Társaság nevez: méltó Előkelőinek* etc. *mély tisztelettel ajánltak a N.-Szombati Szerz. Nevendékek.* Posonii 1830. 4°.

3°. *Lantos Dal, mellyet Tiszt. Chrenko Márton és Kreiner Fülöp Ő Atyaságoknak* etc. *ajánltak a hiv tanitványok második próbatételek után.* Posonii. 1830. 8°. (In colophone 3 horum Carm. subscriptus: P. Nicephor.)

4°. *Lantos versek, mellyekkel Főméltóságu s Főt. Négyesi Báró Szepesy Ignácz ő Excellentiája* etc. *midőn az ország gyülése alkalmatosságával Pozsonyba érkezni méltóztatnék, megtiszteltetett a sz. Ferencz Szerz. Pozsonyi Marián: Klastrom növendékei által.* Posonii 1830. 4°.

5°. *A ker. hitvallásnak hatása a) az egyes emberre, b) a társas életre.* Posonii 1831. (sermo s.) *)

6°. *Értekezés a moldvai magyarokról.* Posonii 1831.

7°. *Erkölcsi beszédek, az egyházi év minden vasárnapjaira.* Pestini 1832—6. Tomi 4.

8°. *Ünnepi beszédek.* Pestini 1832—6.

---

*) Inscriptiones operum, demtis poëmatibus, desumtae sunt ex indicatione Directionis Erud. Soc. hung. anno 1837. Budae idiomate hungarico impressa, sonante super operibus ab Academicis usque dictum annum iam editis, vel propediem postea edendis.

9⁰. *Próbatételekre alkalmazott köszöntő és köszönő beszédek. Az angol szüzek intézete számára.* Pestini 1832—6.

